


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

NIET UITLEENEN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

145 G 3
niet plakken
(Boekbandar. 1791 E 102)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Joh. Did. van Leeuwen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

145 G 3.

QUINTINI WEITSEN TRACTATUS DE AVARIIS,

Cum obſervationibus

SIMONIS à LEEUWEN,

&

MATTHÆI de VICQ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

TRACTATUS
DE
AVARIIS,

Id eſt,

Communi contributione mercium rerumque in navi repertarum, ad ſarciendum damnum bonis mercatorum ſive nautarum quorundam ultro illatum, eum in finem, ut vita, navis, ac reliqua bona ſalva evadant:

Compoſitus per

QUINTINUM WEITSEN,
Quondam Regiæ Majeſtatis in Curia Hollandiæ Conſiliarium.

Denuo perluſtratus, atque allegatione legum, Jureconſultorum, Edictorum, Placitorum, Ordinationum, Statutorum, &c. una cum neceſſariis quibuſdam obſervationibus confirmatus & ditatus per

D. SIMONEM à LEEUWEN,
ADVOCATUM,

Latinâ verò togâ indutus, atque ampliſſimâ dote obſervationum adauctus, ſtudio atque operâ

MATTHÆI de VICQ, J.U.D.

AMSTELODAMI,
Apud HENRICUM & THEODORUM BOOM,
M DC. LXXII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Conſultiſſimiſque VIRIS

D.D. JOANNI vande POLL.

D.D. CORNELIO de VLAMING ab Outshoorn, Domino de Outshoorn & Gnebhoeck, &c.

D.D. HENRICO HOOFT, JCto. Domino de Outkaſpel in Koedijck, & de Schoterbos.

D.D. LAMBERTO REYNST, JCto. Conſulibus & Senatoribus Reipublicæ Amſtelodamenſis.

D.D. NICOLAO TULP, Med. D.

D.D. ÆGIDIO VALCKONIER, J.U.D. Exconſulibus.

D.D. RUTGERSIO ERNESTO, J.U.D. Exſcabino. Senatoribus itidem, & Illuſtris Athenæi Amſtelod. Curatoribus.

Nobiliſſimi, Ampliſſimique Viri.

RHodus, inſula nobiliſſima in mari Carpathio, tantæ fuit felicitatis &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

opulentiæ, ut, ad eam exprimendam,

Auratos Rhodiis imbres, naſcente
Minerva,
Indulſiſſe Jovem

commenta fuerit fabuloſa [1] antiquitas. Et [2] multa quidem egregia Rhodii pro fide erga populum Romanum, proque univerſo nomine Græcorum, terra marique auſi ſunt; imprimis verò celebrati fuere navigandi ſolertiâ, ἐπιμελείᾳ πρὸς τὰ ναυτικά. nam & illorum ad Ciceronis memoriam diſciplina navalis & gloria remanſit. Inde factum, ut, quemadmodum aliàs navigandi peritiæ plerumque etiam θαλαττοκρατεία cohæret, ita & Rhodii nauticus populus tam longo tempore in mari [3] prævaluerint: &, ut ab iis potiſſimum, qui rei navalis peritiâ & diſciplinâ pollent, jura nautica conduntur, indéque alii populi ſua haud gravatè petunt, idem Rhodiis quondam evenerit, qui legibus nauticis quoque inclaruere. Siquidem [4] Rhodiæ leges

[1] Homerus *Iliad.* 2. *vers.* 174. *& ſeqq. pag. m.* 82. *& ſeq.* Didymus *ad vers.* 177. *d. l.* Pindarus *Olymp. od.* 7. *pag. m.* 132. Claudianus *de laudibus Stiliconis lib.* 3. *verſ.* 226. *& ſeq.*

[2] T. Livius *lib.* 33. *cap.* 4.

[3] Strabo *Geograph. lib.* 14. A. Gellius *noctium Atticar. lib.* 7. *cap.* 3.

[4] Iſidorus Hiſpalenſis *originum lib.* 5. *cap.* 17. *Can. Rhodia* 8. *diſtinct.* 2.

leges navalium commerciorum ſunt, ab inſulâ Rhodo cognominatæ, in quâ antiquitus mercatorum uſus fuit. Quanto autem in pretio fuerint hæ leges, argumento eſt, quod, ſucceſſu temporis, octo, fortè plures, Imperatores Romanorum, ἅμα τῇ φαιδροτάτῃ συγκλήτῳ, *unà cum Ampliſſimo Senatu*, eas confirmarint, & ſecundum earum rationem controverſias nauticas dijudicari voluerint: niſi ſi qua parte Romanorum leges Rhodiis contrariæ reperiantur. *

Neque verò mirandum, Romanos, qui reliqua ſua jura, leges duodecim tabularum, fontem omnis publici privatique juris, a Græcis civitatibus petierunt, poſtea, cum rei nauticæ operam dare cœpere, (quod [5] contigit primo bello Punico) recepiſſe etiam leges Rhodias; ſiquidem illæ, ut ſunt [6] τῶν ἄλλων ναυτικῶν νόμων παλαιγενέστεροι, ita ἔχουσιν εἰς τὰ πλείω καλῶς, καὶ ἐν τοῖς πλειοσοτέροις τυγχάνουσιν ἀνεπίληπτοι,

* *l.* Ἀξίωσις. 9. *ff. de l. Rhodia de jactu.* Docimius *in libro de jure*, cujus fragmentum exſtat juris Græco-Romani *tom.* 2. *pag. m.* 278. Conſtant. Harmenopulus προχείρου *lib.* 2. *tit.* 11. §. 1. Mich. Attaliata *ſynopſ. tit.* 48. §. 1. Jur. Græco-R. *d. tom. p.* 265.

[5] Polybius *lib.* 1. *pag.* 27. *& ſeqq.* Florus *lib.* 2. *cap.* 2. Jornandes *de regnorum ſucceſſione. cap.* 26.

[6] Harmenop. Docimius *d. l.*

us ſunt, inquam, *navalibus aliis legibus antiquiores, ita majori ex parte bonæ ſunt, in reliquis reprehenſione carent.* Illarum autem legum [7] plura fuere capita, ſed quorum duo tantum huc ſpectant, nimirum, de jactu, qui fit levandæ navis, evitandique naufragii cauſa, & deinde, ſi quibus cum vento, cum mari jactu decidere non licuerit, neque efficere, quo minus & ipſa navis, Poëticâ tempeſtate ortâ, deprimeretur & periret, de ipſo naufragio. Atque hoc eſt argumentum tractationis, quam D. Quintinus Weytſen, ad hodiernam juris rationem accommodatiſſimè, hoc libello perſecutus eſt; nos autem, obſervationibus ex omnimodo jure depromtis, illuſtrare, locupletare, & confirmare conati ſumus. Cæterùm quam veniam ſibi deprecatur Gregorius Nyſſenus [8], quod de eâdem materiâ poſt Originem ſcriberet, eandem nobis deprecamur, quod de eâdem re, de *Havariâ*, & *jure maritimo*, poſt Viros undiquaque doctiſſimos, D. Quintinum Weytſen,

ac

[7] Vide Baſilicῶν *lib.* 53. *tit.* 8. Juris Græco-R. *tom.* 2. *pag.* *m.* 265. *& ſeqq.*

[8] *In proœmio Cantic. Canticor. Sub fin.*

ac D. Joannem Loccenium, &, quod magis eſt, ad illorum meditamenta adnotationes, obſervationeſque ſcribere non erubuerimus. Interim tamen in Quintino non deëſt, quod vel æquus lector deſideret, ut ut Vir Magnus inſtituto forſitan pleniſſimè ſatisfecerit. Quin & Loccenii lucubrationes additamentorum nonnihil exigere, vel δευτέρας φροντίδας, ipſe Auctor agnoſcit: Si quidem verum eſt, quod nuper intellexi, poſtquam menſem jam quintum illi impenderam; videlicet ipſummet Virum divinarum atque humanarum rerum ſcientiſſimum, ætherea aurâ etiamnum veſci, & libelli augmento intentum eſſe. Ut adeo, ne qua poſt Homerum Iliada, fortaſſe majus pretium operæ facturi fuiſſemus, ſi appuliſſemus animum ad Inſtitutiones, commentario, ex diverſorum Notis, atque Obſervationibus, & Theophilo imprimis, Græco paraphraſte omnium [9] optimo, explanandas; vel, quod ingenii minus, aſt

[10] *quos dicit fama labores*
Herculis

re-

[9] Ant. Con[illegible]us *lection. ſubſeciv. lib.* 1. *cap.* 1, *n.* 1. Ant. Auguſtin. *emendat. lib.* 3. *cap.* 8.

[10] Propertius *elegantiarnm lib.*2. *eleg.* 18.

requirat, ad Indicem, ſive Syllabum omnium verborum, quæ & quotieſcunque in Juris Civilis Corpore occurrunt, (Concordantias vocant οἱ τῶν Θεολογῶν ὑιοί) concinnandum. tantum enim eſt, quod molimur, & quod aliquando effectum dabimus, ἐὰν ὁ Θεὸς θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν. Nunc Quintinum emittimus, ceu πρόδρομον, & ſpecimen majoris operis; ſed minus terſum, nitidum, expolitum, elimatum, edolatum, quam vellemus, ut, quantumlibet nobis tacentibus, res ipſa loquatur, [11] ὅτι ταχὺ γέγραπται. Ita ſanè feſtinandum fuit, ut (amicis, qui nobis conſultum optimè volunt, quotidiano convitio efflagitantibus, ut vel abſciſſâ à reliquo corpore ſcriptorum quaſi tabellâ aliquâ, quale de toto judicium homines facturi eſſent, expiſcarer) tempus non tam ſtylo, quam inquiſitioni operis, & legendis auctoribus, dandum fuerit. In vertendo autem eum ferè modum obſervavi, ut orationis elegantiam, verborumque lenocinia non ſanè cap-

11 Dictum Apellis. Plutarchus *de educand. liberis. pag. m. 6. & ſeq.*

captarem, ſed verbum verbo, quoad fieri poſſet, ſummâ fide redderem. Nec rurſus tamen ita me ſemper huic ſuperſtitioni alligavi, quin aliquando Belgicam phraſin (ut propria quædam & peculiaria cuique linguæ ſunt) non vererer περιφραστικῶς, longiore verborum circumductu, utcunque exprimere. Sed manum de tabulâ, ne videamur Herculis cothurnos aptare infanti. Vobis autem VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, cur has meditationum noſtrarum primitias nuncupare, & ſacras facere inſtituerimus, multæ ſunt cauſæ, eæque non leves. Scilicet [12] ἀρχομένου ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. Qui ædificium, aliudve opus inchoant, & præ manibus habent, id ſibi potiſſimum negotii dari credunt, ut faciem efficiant longè ſplendidam, & prænitentem. Deinde omnes præſidetis, & præſidetis ſummo honorum cumulo, & maximâ cum gloriâ, Urbi illi, cujus incolæ maximam partem negotiatores ſunt, & navicularii, qui annonam non urbis tantum unius, ſed orbis univerſi adjuvant: quibus quædam cum diſcriminibus pelagi

non

[12] Pindarus *Olympiorum od. 6. in princip.*

non notitia ſolùm, ſed familiaritas: quos [13] πλοῦτος θαλάσσης θηλάζει, *divitiæ maris lactant*, & meritò [14] μεγιστᾶνας τῆς γῆς, *magnates terræ* celebrari, ac re ipſâ præſtare videmus. Erubeſceret quidem levidenſe munuſculum Veſtros ſubire oculos; niſi dubitantem confirmaret materia, quam præ manibus habemus. Quibus enim potiori jure debetur tractatus de Jactu & Naufragio, niſi Illis, qui Judices delegant, ad quos jacturam vel naufragium paſſi quotidie confugiunt, legum Rhodiarum opem imploraturi? Huc accedit paternæ erga N N. A A. V V. exemplum, quod animum ſic accendit meum, ut ſemper optarim illum videre diem, quum quæ Vobis ad bene merendum, eadem eſſet nobis ad remunerandum facultas. Denique urbs veſtra naſcentem me excepit, primum Muſarum commercium, utriuſque literaturæ primordia, & culturam liberalium artium habere dedit: & in veſtris ſcholis tam trivialibus, quam Illa verè Illuſtri, quarum Cura Veſtris quoque humeris meritiſſi-

[13] Ita οἱ Ἑβδομήκοντα verterunt locum *Deuteron.* 33. *verſ.* 19.
[14] Vide Apocalypſeos *cap.* 18. *verſ.* 23.

ritiſſimò commiſſa eſt, ingenioli gremio ſemina excepi, quorum fructus nunc reddo, utinam ſatis maturos. Quamobrem hanc, quæſo, lucubratiunculam noſtram, quam V V. N N. & A A. in anteceſſum tantiſper offero, dum majoribus, quæ Vobis deſtinantur, ſupremam manum imponam, æqui bonique conſulite. Sic enim fiet, ſi & Vobis acceptam, & benevolo lectori non omnino inutilem eſſe cognovero, ut, Deo adjuvante, quæ adhuc neglecta jacent, requiram, & obſervata ad Loccenium non ſupprimam. Dabam Amſtelodami IV. Idus Martii cIɔ Iɔ CLXXII.

VV. NN. & AA.

Devotiſſimus Cultor

MATTHÆUS de VICQ.

D. MAT-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

D. MATTHÆO de VICQ JC^to^.

Cyprianus Regneri ab Oeſterga

S. D. P.

REmitto lucubrationes, quas me videre & excutere voluiſti. Sane in illis luculentum edis ſpecimen ſolidæ illius doctrinæ, quam in te ſemper agnovi, maximè in obſervationibus tuis ad Loccenium, ubi te lectorem perpetuum, imo librorum helluonem oſtendis, & quod hodie haud vulgare eſt, te Juris publici & publicorum fœderum Interpretem indicas peritiſſimum. Græca iſta Baſilica, Harmenopulum, Theophilum, Photii Nomocanonem, totumque jus Græco-Romanum in ſuccum & ſanguinem mihi convertiſſe videris. Ubi etiam de uſu forenſi & formulis practicorum ſermo occurrit, illico ibi patet, te non fruſtra Curias quoque frequentaſſe, ſed tantos feciſſe progreßus, ut ſi vel ad gubernacula Reipub. admovendus fores, vel togatus forum ſequi decrevißes, vel etiam Anteceſſor cupidæ legum Juventuti erudiendæ operam navare velles, nullibi non Virum exoptatiſſimum & omnibus numeris abſolutum præſtare poßes. Næ oportet nobilem condum fuiſſe, qui ex tempore, quo occaſio ſe offert, tantum flumen reconditæ eruditionis promat. Vale, meque amare perge, qui te redamat propter ſingulares animi tui dotes. Dab. Ultraj. Kal. Febr. Ao. 1672.

MAR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS

In diſsertatione ad

D. ARNOLDUM VINNIUM, JC.

DE *Avaria*, cujas & qualis ea vox ſit, quæritur. Quæ de ejus origine hactenus diſſerunt alii, ea neque repetere hic, neque refellere, vel animus, vel neceſſe eſt. Non enim non falſa & inepta illa videri poterunt, ſi vera & proba ſint, quæ ſed paucis, jam dicturus ſum. *Aban* (à primâ enim origine res arceſſenda eſt) Scythis cultum & habitatum ſignificat. In Lexico Perſico; *Aban*, cultus, habitatus. *Abadan*, habitatus cultusque locus. *Abadani*, cultura loci, habitatio. Perſas autem & Parthos eoſdem, & ejuſdem originis, id eſt, Scythas eſſe, conſtat. Sicut & ejuſdem haud dubie Germani ſunt, quibus eadem vox, & eadem ſignificatione, etiamnum in uſu eſt. *Havenen*, aut *habenen*, iis eſt, colere, ornare; *gehavent*, cultus; *ongehavent*, incultus. Inde eſt & *haven*, cultus habitatuſque locus. Ita hodie vulgo *portum* vocant, ut locum cultum, habitatum; cujus adſpectu mare incultum, inhabitatum eſt. Pro dialectorum autem, quod in omnibus pene linguis uſu venit, etiam *Haver* dicitur, portus.

Neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Neque aliter Franci, qui haud dubie ortu Germani ſunt, nunc loquuntur. *Havre*, Portus; *Mer commode en havres*, portuoſum mare; *Mer ſans havre*, importuoſum mare; & celeberrimi nunc portus proprium nomen, *Havre de Graces*. Exempla alia ejus generis & mutationis multa ſunt; ſed recenſere omnia nimis nunc prolixum foret. Ab *havre*, quod ſine dubio contractum eſt ex *Havare*, & portum ſignificat, nomen, de quo hic agitur, *Havaria* aut *Avaria*, cujus frequens in noſtro aliarumque Europæ gentium nautico Jure occurrit mentio, factum eſt. .Plane ut à *portus* quibuſdam *portorium*, quod in ipſo portus aditu, a nautis & mercatoribus vectigal exigitur. *Avaria* enim nihil eſt aut ſignificat aliud, quam id, quod ab his, quorum merces & bona in portum ſalva delata ſunt, in eos confertur, quibus merces & bona ſua jactu periere.

TRA-

TRACTATUS DE AVARIIS,

Compoſitus per

QUINTINUM WEYTSEN,

Regiæ Majeſtatis in Curia Hollandiæ Conſiliarium.

I. AVaria eſt [1] communis contributio rerum in navi repertarum, ad ſarciendum damnum bonis quorundam mercatorum ſive nauclerorum eum in finem ſponte illatum, ut vita, navis, & reliqua bona [a] ſalva evadant.

II. Con-

VAN LEEUWEN.

[a] Salva evadant.) *arg. l. 1. l. 2. §. 1. in fin. D. de lege Rhod. de Iact.*

DE VICQ.

[1] Communis contributio) Uſus eſt eadem voce Julius Paulus *receptarum ſententiarum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

II. Conſiderandum eſt, hoc vocabulum, 2 Avaria, apud omnes Chriſtiani nominis gentes, qualeſcunque illæ ſint, paſſim pro vernaculo [b] tritum & uſitatum, originem habere [c] à Græcis; apud quos

DE VICQ.

rum lib. 2. tit. 7. §. 1. (unde deſumta eſt *l. 1. ff. de lege Rhodia de jactu.*) *§. 3. & lib. 34. ad Edictum, l. ſi laborante. 2. §. ſi res. 7. ff. d. t.* Papinianus *l. Cum arbor. 3. ff. eod.* Hermogenianus *l. Amiſſæ 5. §. Arbore 1. ff. d. t.* Dicitur alias, intributio, Paulus *d. t. 7. §. 4. & ſeq.* tributum, *l. ſi laborante. 2. §. Cum in eadem. 2. ff. h. t.* collatio, *d. l. 2. §. ſi conſervatis. 1. §. ſi res. 7. l. Navis. 4. §. Cum jactus. 2. ff. eod.* Græcis συμβολή, Jus navale Rhodiorum *cap. 9. 22. 27. 31. 43.* συνεισφορά, Baſilicῶν *lib. 53. tit. 3. cap. 2. c. 5.* Conſtantinus Harmenopulus προχείρου τῶν νόμων *l. 2. tit. 11. §. 11. & ſeqq.* Michaël Attaliata *ſynopſeos tit. 48. §. 11.* Eſt autem contributio rerum in navi repertarum: adde, & ipſius etiam navis. Namque placuit omnes, quorum interfuiſſet jacturam fieri, conferre oportere: itaque dominum navis etiam pro portione obligatum eſſe. *l. ſi laborante. 2. §. Cum in eadem. 2. ff. h. t.* Fortè ipſis Julii Pauli verbis definire, aut utique deſcribere poterimus, ut ſit contributio, ſive collatio eorum, qui propter amiſſas res aliorum ſuas merces ſalvas habent, ut detrimentum pro portione communicetur. *d. l. 2. princ.*

VAN LEEUWEN.

b Tritum & uſitatum,) Vide *Boxhorn. in diſſert. ſua ad Arnold. Vinn. ſuper addit. ad Petr. Peck. de re Nautica.*

c a Græcis;) Alii autumant ab Arabica, aut Schytica lingua oriundum. Vide *Boxhorn. loco ſupr. citato.*

DE VICQ.

2 Avaria,) Veneti dicunt, *Varea.* Prattica ſommaria del Statuto Veneto, *tit. Varea.* Cæte-

DE VICQ.

Cæterùm hodie uno ubique nomine vocatur Avaria, Vocabulario *de gli Accademici della Cruſca*. Ger. Rooſeboom *ſyllog. jur. Amſtelod. tit.* 30. §. 37. *& ſeqq.* vel Havaria. Statut. Friſ. *lib.* 1. *tit.* 21. *art.* 25. *& ſeqq.* Jus marit. Hanſeaticum *tit.* 8. Jo. Loccenius *de jur. marit. lib.* 2. *cap.* 8. §. 1. qua ratione etiamnum incertum. Sunt qui vocem corruptam putant ex Græca, βάρις, qua Iones navem denotabant. Antonius Mornacius *ad l. Navis.* 4. §. *Cum autem.* 2. *ff. de lege Rhodia de jactu.* Suidas: Βάρεις. πλοῖα. Sane βάρις genus erat navium onerariarum apud Ægyptios. Herodotus *in Euterpe, lib.* 2. *cap.* 96. Alii derivant a Cymbrica voce, *Haffuet*, mare. Vide Antonium Matthæum *in diſputatione de lege Rhodia th.* 24. Joh. Jac. Wiſſenbach *ad tit. C. de nautico fœnore.* Nec deſunt, qui deducant vel a Gallico, *Havre*, vel a Teutonico, *Haven.* Jo. Loccenius *d.* §. 1. Henricus Hahnius ad Matthæum Weſenbecium *ff. h. t. n.* 1. Reinoldus Kuricke *ad d. tit.* 8. *rubr.* Noviſſimè Taco van Glins *ad Placitum Philippi* II. *ult. Octob.* 1563. *tit. van Schipbreeckinge, Zeewerpinge, ende Haveryen. pag.* 63. derivat a verbo, *have*, quod Latinè dicas, peculium. (Vox, *have*, quid ſignificet vide Ant. Matthæum *de auctionibus lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 4.) Quid ni verò, ut a primâ origine res arceſſatur, dicamus vocem oriundam ab Hebræo, *habar*, conſociari: nam & damnum rerum jactatarum *collationis conſortio* ſarcitur per eos, quibus jactus remedio in communi periculo conſultum eſt. *l. Amiſſæ.* 5. *ff. de lege Rhodia de jactu.* & Galli ſuum, *havre*, ab eodem, *habar*, derivant. P. Borel *dans ſon treſor de recherces & antiquitez Gauloiſes & Françoiſes, au mot, Aberhavre.* Menage *dans ſes origines de la langue Françoiſe, au mot, havre.* &, quod eſt argumentum Quintini noſtri, negotiatio tranſmarina fuit Hebræis familiaris. *Geneſ.* 49. 13. *Deuteron.* 33. 19. 1. *Reg.* 9. 26. *& ſeqq. Ezechiel.* 27. Paulus Merula *in diſſertatione de Maribus cap.* 1. *pag. m.* 112. *& ſeq.* uſque adeo rationes etymologiarum variæ ſunt & incertæ, neque temere quiſquam auctor iſthic notandus & rejiciendus. Albericus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

quos olim magna & copioſa negotiatio & mercatura exercebatur: nimirum à verbo βάρος quod ſignificat, onus, & adjectione privativa ἀ, quaſi ſine onere, unde ἀβαρὺς, & inde communi lingua, Avaria: etenim Avariæ fit locus, ſi quando navis jactu facto appellit plenum onus non vehens.

III. ³ Avaria duplex eſt; nimirum, communis & groſſa.

IV. Avariæ communis nomine venit pecunia ᵈ in fundi exploratores impenſa, quam

DE VICQ.

ricus Gentilis *lectionis Virgilianæ cap.* 9. De originibus verborum qui multa dixerit commodè, potius boni conſulendum, quam qui aliquid nequiverit, reprehendendum. Præſertim cum dicat etymologice, non omnium verborum poſſe dici cauſas. M. Terentius Varro *de lingua Latina lib.6.pag.m.*71. adde Iſidorum Hiſpalenſem *originum lib.* 1. *cap.* 28.

VAN LEEUWEN.

d In fundi exploratores impenſa,) Scilicet explorator vadorum, dum nauclero inſervit, cibum & potum percipit impenſis naucleri, cæterum pacta merces rationibus mercatorum imputari ſolet. *Wisbuyſche Zee-rechten art.* 60. *Placcaet van den laetſten Octob.* 1563. *tit. van Schipbreeckinge. art.* 9.

DE VICQ.

³ Avaria duplex) Hæc diviſio, ſit licet decantatiſſima, & calculum meruerit Imperatoris Caroli V. *in ordinatione ſuper jure maritimo anno* 1551.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

1551. 19. *Iulii art.* 41. Hugonis Grotii *in manuductione ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 29. *n.* 11. *n.* 21. *& ſeqq.* Arnoldi Vinnii *ad l.* 1. *ff. ad legem Rhodiam de jactu. lit. c.* Henr. Hahnii *d. n.* 1. Simonis van Leeuwen *Cenſuræ forenſis lib.* 4. *cap.* 29. *n.* 9. *juris Romano - Hollandici lib.* 4. *part.* 31. *n.* 1. Jo. Loccenii *d. cap.* 8. §. 3. Johannis Marquardi *de jure mercatorum lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 10. *& ſeqq.* non videtur tamen diviſio generis in ſuas ſpecies, ſed potius generis æquivoci in plura æquivocata. Etenim ſi ipſam naturam havariæ penitius introſpiciamus, ea nihil aliud eſt, quam collationis conſortium, quo detrimentum pro portione communicatur, & damnum ſarcitur per eos, qui propter amiſſas res aliorum conſecuti ſunt, ut merces ſuas ſalvas haberent. *l. ſi laborante.* 2. *l. Amiſſæ.* 5. *ff. h. t.* ſarcitur, inquam, detrimentum, quod voluntate vectorum, vel propter aliquem metum, removendi communis periculi cauſa, ſponte, ſi minus reſpectu tempeſtatis, utique voluntatis reſpectu, factum eſt, *d. l.* 2. §. *ſi conſervatis.* 1. *l. Cum arbor.* 3. *ff eodem.* Ariſtoteles *Ethicorum Nicomachiorum lib.* 3. *cap.* 1. Joannes Caſus *ſpeculi quæſtionum moralium lib.* 3. *cap.* 1. Cæterum ſi conſervatis mercibus deterior facta ſit navis, aut ſi ictu fulminis deuſtis armamentis alia magiſter comparaverit; nulla facienda eſt collatio. *d.* §. 1. *l. Navis.* 6. *d. t.* & qui igitur huc referri poſſint impenſæ, non eæ, inquam, quibus ultima diſcriminis

Præſidia afferimus, navem factura minorem.

Junius Juvenalis *Satyr.* 12. *pag. m.* 119. ſed quæ vel portorii ſpeciem habent, vel eum in finem erogantur, ut tutius navigetur? Quamvis autem placuerit, hujuſmodi impenſas a mercatoribus, qui merces ſuas in eadem nave coëgerunt, ſarciri oportere; illæ tamen inde non magis havariæ propriè dictæ adſcribi debent, quam vel ipſa vectura, vel ſumtus inſtruendæ navis gratia factus. *d.* §. 1. *d. l.* 6. Alia ſanè ratio eſt havariæ groſſæ, alia communis, quam vocant. in illa, ſi quis ex vectoribus ſolvendo non ſit, hoc detrimentum commune erit omnium, qui in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

quam magiſter navis incidens in oras ignotas ſolvit piſcatoribus, aut aliis perſonis locorum gnaris, ut navem una cum mercibus ſalvam in tuto conſtituant: quâ in

DE VICQ.

in nave fuerunt, & ex lege Rhodia ad contributionem vocantur. *l. ſi laborante. 2. §. ſi quis. 6. ff. de lege Rhodia de jactu.* in hac verò damnum erit ſolius magiſtri navis, qui hac in parte tenetur vectorum merces retinere, donec portionem inpenſarum præſtent, vel fortunas cujuſque excutere. Quibus argumentis addas licet, quod, tametſi definitio debet eſſe adæquata ſuo definito, & neque latiôr, neque item anguſtior. Hieron. Cagnolus *ad l. Omnis. 203. al. 202. de R. I. n. 35.* D. Præcept. Cyprianus Regneri *in Logica verè Iuridica. n. 69. pag.* 81. Adamus Pelonius, ſive Arnoldus Senguerdius *Logicæ Peripateticæ part. 2. cap.* 4. Franc. Euſtachius *Logicæ part. 1. tractat.* 4 *quæſt.* 4. nemo tamen, quod ſciam, definitionem formaverit, qua communis quoque havaria comprehendatur. Et qui igitur Dialecticorum cenſuram effugere vellet, eum ante omnia oportuit removere vocabuli ambiguitatem. D. Cypr. Regneri *d. p.* Franco Burgerſdicius *Inſtitutionum Logicarum lib. 2. cap. 5. theorem.* 3. Adrianus Heereboord ἑρμηνείας *Logicæ lib. 2. cap. 5. quæſt.* 1. *& ſeq. & Logicæ erotematicæ, quam in Iuriſprudentiæ Studioſorum gratiam adornavit, cap.* 17. *quæſt.* 10. *& ſeq.* neque enim ὅσων αἱ ἐκφωνήσεις αἱ αὐταὶ, ταῦτα καὶ τῷ σημαινομένῳ ἤδη ταὐτά. *ea ſemper ſignificato ſunt eadem, quorum eædem ſunt appellationes.* Baſilius *adverſus Eunomium lib. 2. pag. m.* 322. atque ita diſtingui poterit havaria in propriam, & minus propriam. Et minus propria, ſive communis erit, quam merces tantum; propria verò, groſſam vocant, quam navis & merces præſtare ſolent. Reinoldus Kuricke *ad jus maritimum Hanſeaticum tit.* 8. *in rubric.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

in parte mercatores ferè fidem habent nauclero jurato affirmanti, quantum eo nomine expenderit.

Cæterùm nauclerus, ſi adſit ſuſpicio perjurii, legitime probare debet, quantum eo nomine dederit ſolveritque; aut ſaltem ductores, exploratoreſque vadorum ſiſtere coram mercatoribus inſtitoribuſve eorum, ſi quidem prædicti mercatores domicilium habeant in loco ad quem navis appulerit.

Item [4] per avariam communem intelligimus, quod naucleri dant claſſis præfecto, ut ſubveniatur [e] ſumtibus ad ignes, quæ-

VAN LEEUWEN.

[e] Sumtibus) Ordinatione Procerum Hollandiæ, ſub titulo de Admiralitatibus, poſtea introductum eſt, ut in quacunque Admiralitate, niſi aliud convenit, in ſubſidium & refectionem expenſarum, quæ in armatas naves fieri ſolent, ab inermibus ſolvatur quadrans centeſimæ, pro valore navis & mercium computanda. Huic conſequens erit, ut illa quadrans, una cum damno ab hoſtibus aut piratis navi vel mercibus extra culpam nautarum illato, adſcribatur groſſæ avariæ, quam navis & merces præſtare debent, non verò communi. Vide *Grot. manuductionis lib.* 3. *tit.* 22. *n.* 3. 4. *& ibi notat.*

DE VICQ.

[4] Per avariam communem) Hodie quadrans centeſimæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

quæſitoreſque, & δεσμοφύλακας, ſive commentarienſes: videlicet ſi juſſu mandatoque Regiæ Majeſtatis, ejuſve Archithalaſſi quæſitores aut commentarienſes in navem receperint: uti factum, quum nuper anno 1553. & 1554. Wackenius cum claſſe in Hiſpaniam tenderet.

Simi-

DE VICQ.

teſimæ, quam in Admiralitate, ſive ſocietate navali, inermes naves armatis pendunt, præſtari debet ab omnibus, quorum intereſt ſocietatem contrahi. Et cum dominus etiam navis pro portione obligatus ſit, ſequitur, ut hæc non amplius communi, ſed groſſæ havariæ debeant imputari. *Ordonnantie van de Staten van Hollandt, van Admiraelſchappen, in 't boeck der Zee-rechten. pag. m. 77. in verb. welcke voorſchreven gemonteerde ſchepen ſullen genieten tot ſubſidie van hare oncoſten een halve quart pour cento, van de ongemonteerde ſcheepen ende goederen in de vlote weſende. Item, ſullen betaelen aen den Admirael, na de waerde van ſchip ende goet een quart pour cento, al eer zy uytzeylen, 't welck zy ſullen mogen brengen in haverye, mits leverende quitantie van den Admirael, &c.* Simon van Leeuwen *Cenſuræ forenſis lib. 4. cap. 9. n. 9.* Apud Hamburgenſes pro mercibus exportandis & importandis ſolvitur ſemis centeſimæ: inermium verò navium domini pro ſingulis amphoris, ſive vehibus, quarum ſunt capaces, dimidium pendunt thalerum Imperialem: quod ſi navis tormentis quatuor inſtructa ſit, thaleri quadrantem: & denique ſextantem, ſi ſex tormenta fuſilia vehat. *Admiralſchaft Ordnung der Stadt Hamburg art. 6. & ſeq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Similiter avariæ communi imputatur, quod naucleri ſolvunt dum prætervehuntur arces, ſive in fluminibus, ſive in portubus: quemadmodum in flumine Ulyſſiponenſi, & ſinu Danico.

Item quod erogatur pro navibus hujuſmodi è prænominatis fluminibus aut portubus educendis. Atque hæ impenſæ avariæ communis ſarciuntur communi contributione mercium, (quarum catalogus conficitur) pro rata valoris cujuſque: navis autem ipſa ad hanc contributionem non vocatur.

V. Quamvis autem ſuperius relatum ſit, pecuniam in ʃ exploratores vadorum erogatam imputari avariæ communi; illud tamen intelligendum eſt, modo ſumma non excedat ſex libras Flandricas: cæteroquin adſcribitur avariæ groſſæ, adeoque ſarcitur collatione navis & mercium pro rata ƒ valoris cujuſque.

Bri-

VAN LEEUWEN.

ƒ Valoris cujuſque.) *Placc. van den laetſten Octob.* 1563. *tit. van ſchip-breeckinge art* 9. *in fin.*

DE VICQ.

ʃ Exploratores vadorum)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

Si navigantes incidant in loca ſicca, aut latentibus ſcopulis vadoſa, neque ea cognoſcat vel magiſter navis, vel gubernator; quum ex malis eligere minima oporteat, præſtabit utique mediocri mercede vadorum exploratorem conducere, quam navis, merciumve periculum adire. Circa mercedem autem leges Wisbuienſes *art.* 59. *&* *ſeq.* (ſi quidem ſatis intelligo idioma Germanicum: nam Belgica verſio mihi ſuſpecta eſt.) ita diſtinguere videntur, ut ſi laborante nave neceſſe fuerit fundi exploratorem advocare, qui eam in portum deducat, data merces, haud ſecus ac detrimentum jacturæ, domino navis, cæteriſque vectoribus imputetur: fortè, quia illius remedio omnibus in communi periculo ſalva navi conſultum eſt. arg. *l. Amiſſæ.* 5. *ff. de lege Rhodia de Iactu.* Quod ſi verò ductor adhibitus ſit, qui navem è portu educat, cibaria quidem magiſter navis, vectores autem, vel qui merces vehendas locaverunt, mercedem ductori præſtare debeant. Ut ut ſit de jure Wisbuienſi hodie magiſter navis ubique locorum, in quibus vel neceſſitas, vel conſuetudo id efflagitaverit, exploratorem vadorum conducere tenetur. Id ſi neglexerit, datur in eum quinquaginta aureorum Regalium judicium, (Alibi marca auri mulctatur. Jus maritimum Hanſeaticum *tit.* 3. *art.* 18.) præter refuſionem expenſarum, damni, ejuſque quod intereſt: ubi & lucri ceſſantis ratio haberi debet; arg. *l. Arbitraria.* 2. §. *Nunc de officio.* 8. *ff. de eo quod certo loco dari oportet.* Jaſon Maynus *ad d.* §. *qui illi cum Italis eſt l.* 3. *n.* 8. Joſephus Maſcardus *de probationibus vol.* 2. *concl.* 935. Rotæ Genuæ *deciſion.* 166. *n.* 8. Andreas Gaill *practicarum obſervationum lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 3. Petrus Coſtalius *ad l. ult. ff. de periculo & commodo reivenditæ.* Paulus Buſius *ad rubr. ff. de uſuris, &c. n.* 8. *&* *ſeq.* *Placaet van Coningh Philips ult. Octobr.* 1563. *tit. van Schipbreeckinge, &c. art.* 9. Jureconſulti Batavi *part.* 1. *conſil.* 310. Statuta Friſiæ *lib.* 1. *tit.* 21. *art.* 9. Hugo Grotius *iſagoges ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 20. *n.* 16. atque ille quidem

mer-

Britones tamen, Normanni, aliique Regni Galliarum naucleri trientem ferunt ejuſmodi expenſarum, quæ in vadorum exploratorem erogantur, etiamſi ne Aureum

DE VICQ.

mercedem percipiet ab iis, quorum merces in nave ſunt coäctæ; cibaria verò a magiſtro navis. Cæterùm ſi merces ſex libris Frandricis major ſit, tam cibaria, quam ipſa merces contributione omnium, quorum intereſt navem tutò navigare, præſtari debent. Placitum Philippi II. *d. art.* 9. Statuta Friſiæ *d. art.* 9. Hugo Grotius *manuductionis ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 29. *n.* 21. & *ſeq.* Taco van Glins *ad d. art.* 9. *verb. Over ſchip en goet.* Cæteroquin nauticorum, (id eſt, naviculariorum. *l. Nautici.* 1. *C. de canone frumentario urbis Romæ. lib.* 11. *tit.* 22. *l.* 2. *C. Theodoſ. eod. lib.* 14. *tit.* 15. Godeſchalcus Stewechius *pag. m.* 294. & *ſeq.*) gubernatorumque ſolertia eſt, loca in quibus navigatur, portuſque cognoſcere: ut infeſta prominentibus, vel latentibus ſcopulis vadoſa, ac ſicca vitentur. Sed & turbinum ſigna debent ante prænoſcere, in qua parte naturalis Philoſophiæ tota eſt adhibenda ſolertia, qua ventorum, tempeſtatumque cœleſti ratione natura colligitur. Nam ſecundo ſpiramine optatos claſſis invenit portus, adverſo ſtare vel regredi, aut diſcrimen ſuſtinere compellitur. Et ideo difficile naufragium pertulit, qui ventorum rationem diligenter inſpexit. Hæc gubernatores ſe ſcire profitentur, ſed eatenus quatenus eos imperitiæ uſus inſtruit, quam altior doctrina formavit. Flavius Vegetius *de re militari lib.* 5. *cap.* 8. & *ſeqq.* Girolamo Fracchetta *nel ſeminario de' governi di ſtato & di guerra. cap.* 51. *n.* 14. & *ſeq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

reum quidem excedant: ſed nihilominus mercatores ferè naucleris tranſmarinis permiſerunt, g conceſſeruntque, ut illorum impenſis conducerent fundi exploratores, ſimulatque appropinquarent Flandriæ, aliiſque oris ſalebroſis, ad præcavendum evitandumque multiplex navigiorum merciumque diſpendium, quod ut plurimum incurrebant cum nauclerus per avaritiam ſordeſque ſumtibus parceret in ductorem navis faciendis, adeoque mercatori inferret jacturam omnium bonorum.

VI. Avaria groſſa intelligitur 6 generaliter cum res quædam ſive merces h jaciuntur aut cæduntur: veluti ancoræ, ruden-

VAN LEEUWEN.

g Conceſſeruntque,) Immo vero quoties neceſſitas, vel conſuetudo efflagitat, vadorum exploratorem conducere tenentur. Quod ſi neglexerint, quinquaginta aureorum Regalium judicio obnoxii fiunt, obligati inſuper mercatoribus ad refuſionem expenſarum, damni, ejuſque quod intereſt. *d. tit. van ſchipbreecking*.

h Jaciuntur, aut cæduntur:) Non tantum ſi quid cæditur aut dejicitur, ſed quicquid fit navis merciumque conſervandarum gratia. Vide ſequentia *n. XVIII. & ibi notat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

⁶ Generaliter) Quod lege Rhodia nominatim cautum erat de jactu, id JCtorum interpretatione extenſum eſt ad quodvis damnum, quomodocunque factum, modo navis levandæ, ſervandæ, communiſve periculi removendi cauſa: quippe illud imprimis inſpiciendum, an damnum omnium cauſa datum ſit, an eorum interſit, cum quæritur, an contributioni ſit locus. Azo *in ſumma*, Franciſcus Duarenus *in tit. ad legem Rhodiam de jactu cap.* 3.*pag.m.* 971. *&* *ſeq.* atque ex eo Arnoldus Vinnius *ad l. ſi laborante.* 2. §. *ſi conſervatis* 1.*lit.a.* *&* §. *ſi navis.*3.*lit. b. ff.eod.* Hinc jam admittitur æquitas contributionis, non tantum jactu facto, *l.* 1. *ff. d. t.* Sed & ſi voluntate, conſenſu, decreto vectorum communi, vel propter aliquem metum, naufragii ſcilicet, quem in mari variæ cauſæ concitant, deterior facta ſit navis: *d. l.* 2. §. 1. & ſi arbor, ſive malus, aut aliud navis inſtrumentum dejectum ſit, ut navis cum mercibus liberetur. *l. Cum arbor.* 3. *l. Amiſſæ.* 5. §. *Arbore cæſa.* 1. *ff. eod.* (nam & hoc ſæpenumero magno periculo navem liberat, juxta illud Lucani *Pharſaliæ lib.* 9. *pag. m.* 256. *verſ.* 331. *&* *ſeq.*

quæcunque levatæ
Arboribus cæſis flatum effudere prementem, (al. *frementem.*)

Julius Paulus *receptarum ſententiarum lib.* 2. *tit.* 7. §. 3. Conſtantinus Harmenopulus *promtuarii juris civilis lib.* 2. *tit.* 11. §. 12. Michaël Attaliata *ſynopſis tit.*48. §.11. *Wisbuyſche Zee-rechten art.* 12. 21. 39. quibus conſentiunt Jus maritimum Hanſeaticum *tit.* 8. *art.* 2. Jus Lubecenſe *lib.* 6. *tit.* 2. *art.* 5. Pruthenicum *lib.* 4. *tit.* 19. *art.* 2. §. 4. Danicum *cap.* 51. Statuta Hamburgenſia *part.* 2. *tit.* 16. *art.* 2. Joh. Gibalinus *de univerſa rerum Humanarum negotiatione. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *art.* 9. *n.* 19. Juan de Hevia Bolano *Cur. Filipp. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 10. H. Grotius *d. part.* 29. *n.* 14. Reinoldus Kuricke *ad d. tit.*8. *art.*2. E diverſo, ceſſante ratione legis Rhodiæ, non debetur contributio, ſi navis adverſa tempeſtate depreſſa deterior facta ſit, aut ſi quid exarmaverit. *d. l.* 2. §. 1. id eſt, ſi quid exarmatum

tum

tum fuerit: ut verbum tranſitivum patiendi ſignificatione capiamus. Gloſſa *in verb. Exarmaverit.* Arnoldus Vinnius *lit. d. ad. d.* §. 1. Juſtus Lipſius *in L. Annæi Senecæ epiſt.* 30. *n.* 5. Hoc verbum Accurſius (verba ſunt Gulielmi Budæi *ad eund.* §. *pag. m.* 251.) inſcitè interpretatur. Exarmare ea forma dicitur qua excalciare, hoc eſt armis diſpoliare, ut Cæſar locutus eſt. A Græcis ἀφοπλίζω dicitur. Exarmare navem, eſt armamentis ſuis ſpoliare, ut malo, roſtro, antenna, carcheſio, clavo, pede, anchora, & reliquis. Budæo accedunt Benevenutus Stracha *de nautis part.* 3. *n.* 39. Petrus Peckius *n.* 5. Ludovicus Charondas, Dionyſius Gothofredus *ad d.* §. 1. Igitur ſi in navigatione arbor, antemna, aliave armamenta ictu fulminis deuſta, aut vi tempeſtatis amiſſa ſint, vectores ad contributionem non tenentur. *l. Navis* 6. *ff. eod.* Jul. Paulus *d.* §. 3, Placitum Philippi II. *tit. van Schipbreeckinge, &c. art.* 8. Ordinatio Friſica *lib.* 1. *tit.* 21. *art.* 8. H. Grotius *d. part.* 29. *n.* 20. diſcrepat jus navale Rhodiorum *cap.* 31. 35. 43. *& ſeq.* Enimvero ſimilis (ſic legendum, non, diſſimilis, probabiliter docet Jacobus Cujacius *ad d. l.* 2. §. 1.) earum rerum cauſa eſt, quæ navis gratia parentur, & earum, pro quibus mercedem aliquis acceperit: Nam & ſi faber incudem aut malleum fregerit, non imputaretur ei, qui locaverit opus. *d.* §. 1. Gloſſographus *ad l. Quoniam.* 11. *C. de teſtibus, verb. ſumtus.* Bartolus *in antiqua lectura ad d. l. n.* 8. Johannes Brunnemannus *ad d.* §. 1. *& l. Navis adverſa.* 6. *eod.* Jaſon *ad l.* 26. §. *Libertus* 12. *ff. de condictione indebiti. n.* 30. *& ſeq.* Nec mutat, ſi deuſtis armamentis, alia, & tumultuaria, (id eſt, ſubitanea, & ex tempore conquiſita, Gulj. Budæus *ad l.* 1. §. 1. *ff. depoſiti, vel contra. pag. m.* 259. B. Stracha *d. part.* 3. *n.* 40.) in itinere magiſter comparaverit; hic enim ſumtus inſtruendæ magis navis, quam conſervandarum mercium gratia factus eſt. *d. l. Navis.* 6. Conſt: Harmenopulus *d. t.* 11. §. 13. tum & ipſe magiſter tales deteriorationes tacitè in ſe ſuſcepiſſe videtur. D. Præceptor Cyprianus Regneri *ad l.* 2. §. 1 *h. t.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

rudentes, mali, funes, remulca, aliaque navis armamenta. *l.* 1. *&* 3. *D. ad l. Rhod. de Jact.*

VII. Notanter hic dicimus, quæ cæduntur, id eſt, reſecantur: etenim eo ipſo excipimus, quod orta tempeſtate rumpitur, aut comminuitur, cujus ratio haberi non debet, *i* ceu paratum utendi cauſa. *l.* 2. *§. ſi conſervatis* 1. *D. ad l. Rhod. de Jactu.* Si igitur nauta ancoram & rudentem perdat propter tempeſtatem, vel ſalebritatem fundi petroſi, id genus detrimenti contributione non ſarcitur: & ne quidem ſi juſſu aut contemplatione mercatoris ex fundo ſabuloſo veniſſet in fundum petroſum, hoc damnum reparatur *l* per modum avariæ, utpote quod factum non eſt ultro, nec ejus voluntate, nec mercatorum. Interim tamen præfato nauclero

VAN LEEUWEN.

i Ceu paratum) Convenit artic. 12. Juris maritimi Wisbuienſis, quod eleganter & in terminis diſp. Pecc. *ad d. l.* 2. §. 1. niſi periculum ſit, ne rupta armamenta navi damnum inferant. Vide paulò pòſt *n.* XXVIII.

l Per modum avariæ,) Sed tantum magiſtro exercitoribus, & domino navis imputari debet. *Placc.* 1563. *tit. van Schipbreeck art.* 8. *Wisbuys Zeerecht art.* 12. *l.* 6. *D. ad l. Rhod.* Vide Pecc. *ad l.* 2. §. 1. *D. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

clero nonnihil penſationis nomine debetur: nam & ſi nauta circa oram, quam naviganres, Tras, vocant, neceſſariò ancoram jaciens, illa rudente fracto amittatur, eo caſu ſolet illi ex gratia pro fideli opera hoſtimentum dari, non verò per modum avariæ damnum ſarciri.

Similiter in collationem non venit, quod per incuriam, aut cæteroqui tempeſtate oborta [m] è navi delabitur.

Neque item quod effluit.

Sed nec quod [n] madeſit aut corrumpitur in navi.

Cum enim hæc damna fortuitò contingant, neque evitari poſſint, ſuum quiſque [o] 7 ferre debet.

VIII. Me-

VAN LEEUWEN.

m E navi delabitur.) *Wisbuys. Zeerecht. d. art.* 12. *Iunct. l.* 6. *D. ad l. Rhod.*

n Madeſit) Quod, ſi culpa, aut negligentia magiſtri, ſociorumve navalium fiat, mercatori magiſter reſarcire debebit. Placitum Caroli Imperatoris *ann.* 1551. *art.* 43. Philipp. 1563. *tit van Schippers en koopl. art.* 1. & *tit. van Schipbreeck. art.* 1. niſi propter jacturam damnum ſecutum ſit. vide in ſequentibus *n.* X. & *ibi notat.*

o Ferre debet.) *l.* 2. §. 1. *l.* 5. *D. de leg. Rhod. de jact. art.* 8. *d. t, van Schipbreeck.* & *art.* 9. *tit. van Schippers ende Kooplieden.*

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

[7] Ferre debet.) Ante omnia magiſter navis curare debet, ut ſit ipſe irreprehenſibilis, & culpâ vacet, vel leviſſimâ. *l. Et ita. 3. §. Ait Prætor. 1. ff. nautæ, caupones, &c. l. Si merces. 25. §. Qui columnam. 7. ff. locati, conducti.* Gloſſographus *in verb. Etiamſi ſine culpa. ad d. §. Ait Prætor. 1.* Franciſcus Duarenus *eod. tit. pag. m. 152. col. 1.* Bertrandus Argentræus *ad conſuetudines Britanniæ tit. 1. art. 34. not. 1. n. 25.* Reinhardus Bachovius *ad τὰ πρῶτα, in l. 1. §. 1. ff. nautæ, &c.* Arnoldus Vinnius *ad eund. §. Ait Prætor. 1. vers. Miratur igitur. lit. d.* Navem præſtare debet probè picatam & ſtipatam, (quod verbo nautico, *Kalefaten*, vocant; Itali, *calafatare*. Conſolato del mare *cap. 51. & ſeq.* Sive, *calefatare.* Accademici della Cruſca *nel Vocabolario.* Galli, *calfeutrer*: a Græco, καλαφατεῖν, καλαφατίζειν. Joannes Meurſius *in gloſſario Græco-Barbaro.* Menage *dans ſes origines de la langue Françoiſe. au mot, Calfeutrer*:) & ſi lintea vehat, aut veſtes, διφθέρας καλὰς, *bona ſegeſtra*, involucra, integumenta nautica, (Cyrillus *in Lexico Græco-Latino*: διφθέρα πλοίου, *Segeſtrum.* vide tamen Suidam *in verb.* Διφθέρα.) præbere: namque ſi navis vitium fecerit dolo malo, aut culpa nautæ, tenebitur in id quod intereſt, quantum abfuit mercatori, quantumque lucrari potuit. *l. ſi commiſſa. 13. ff. ratam rem haberi.* Ut in mercibus corruptis æſtimatio debeat haberi, non quanti emtæ ſint, ſed quanti in loco deſtinato venire potuiſſent. *l. ſi vehenda. 10. §. ſi ea. 1. in fin. ff. de lege Rhodia de jactu.* Jus navale Rhodiorum *cap. 34. Ordonnantie van Keyſer Carel op de Zee-rechten art. 42. & ſeq. van Koningh Philips. tit. van Schippers ende Kooplieden. art. 6. 8.* Statuta Friſiæ *lib. 1. tit. 19. art. 6. 8. tit. 21. art. 1. Zee-rechten van Weſtcapelle art. 12. 't Boeck der Zee-rechten pag. m. 138.* Conſolato del mare. *cap. 61. & ſeqq. c. 246.* Benevenutus Stracha *de nautis part. 3. n. 11. n. 51. part. 4.* Hugo Grotius *manuductionis ad jus Hollandicum lib. 3. part. 20. n. 7. part. 29. n. 3. n. 20.* Quod ſi nautis

VIII. Memini tamen obſervatum, ut ſi tempeſtate incrudeſcente vis aquarum navem premat, eæque in foris ſtantes commodè ad ſentinam defluere nequeant, atque adeo magiſter coactus ſit illum in finem foros perforare, eo caſu ſi merces quædam circa ſentinam collocatæ corrumpantur, ratio quoque earum haberi de-

DE VICQ.

fruſtra luctantibus cum tempeſtate, navis lacera undas combibat, merceſque fluctuum inundatione corrumpantur, ſecurus erit magiſter: quippe qui eam diligentiam exhibere debebit, ut fatale damnum, vel vis magna, quam Græci Θεοῦ βίαν appellant, vis tempeſtatis calamitoſæ, cui reſiſti non poteſt, ſit excuſata. *perche a impedimento di Dio, nè di mare, nè di vento, neſſuno può niente dire, nè contraſtare. d.* §. *ſi ea.* 1. *in fin. l. Contractus.* 23. *in fin. ff. de R. I. l. Quæ fortuitis.* 6. *C. de pigneratitia actione.* Conſolato del mare. *cap.* 63. ut tamen ipſe cum duobus tribuſve ſociis navalibus, mercatoris judicio ad teſtimonium vocatis & electis, jurejurando teſtetur de ſumma diligentia undiquaque adhibita. *d. t. van Schippers, &c. art.* 6. Statuta Friſiæ *d. art.* 6. H. Grotius *d. part.* 20. *n.* 8. Rotæ Genuæ *decis.* 205. Igitur quum non ſoleat locatio dominium mutare; *l. Non ſolet.* 39. *ff. locati conducti.* neque ſit, cui culpa imputari queat, quique inde teneatur; ſed nec merces ultrò & removendi communis periculi cauſa deteriores factæ ſint; relinquitur, ut mercator, idemque dominus, ſibi ipſi mercium ſuarum interitum imputare debeat. *l. Pignus.* 9. *C. de pigneratitia actione.* Taco van Glins *ad placitum Philippi* II. *tit. van Schipbreeckinge, &c. art.* 8. *verb. Bedorven ofte verlooren.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

debet, quemadmodum & navis, quanto nimirum jam perforata deterior facta ſit.

Ex quibus inferre liceat, quælibet damna voluntariè navi aut rebus illata, majoris & veriſimilioris detrimenti evitandi cauſa, Avariæ groſſæ imputanda eſſe.

Quæ ſententia videtur probabilis: nam & contributionis æquitatem admitti placuit, ſi peregrè agens magiſter & ſtationem habens videat univerſam quidem claſſem vela pandere, ipſe tamen, ut ut pacato & tranquillo mari, ancoram ſubducere nequeat; ſi, inquam, metuens ne ſolus hæreat, cædat rudentem, faciatque ancoræ jacturam: quippe cum præſtet ancoram & rudentem perdere, quam ſolum ſe periculoſæ navigationi committere à ſociis derelictum. Atque id factum intelligitur navis merciumque conſervandarum gratia, quum ea cum mercibus notabili ac veriſimili periculo eripitur, quamvis verè periculum non fuiſſet, neque contigiſſet. *l. habitatores. §. fin. ff. Locat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

IX. Jactus autem & inciſio committitur arbitrio, opinioni, & p judicio naucleri cæterorumque præfectorum, quibus ex 8 juſta cauſa, & timore, quamvis verè peri-

VAN LEEUWEN.

p Judicio naucleri,) Sed tamen nec jacturam, facere, neque incidere licet, mercatore, ejuſve inſtitore inconſulto. uti infra *vers. Navicularius. n. xxvi.* Vide ſis *d. tit. van Schipbreeck. art.* 4. *Wiſbuyſche Zeerechten. art.* 20. 38. 39. Sed & nauta attendere debet, ut de illis jacturam faciat, quæ pretii minimi ſunt, & ponderis majoris. *dict. tit. van Schipbreeck. art.* 5. Quod ſi vel merces projicere, vel impingere in littus, aut cædere, aliudve damnum ſuſtinere neceſſe ſit, quia majore onere navis premitur, vel merces collocatæ ſunt in foris, acatio, aut utique ſecus quam oportuit, hoc detrimentum conſervatæ res non præſtabunt, ſed magiſtro tantum, exercitoribus, & navi imputandum erit. *dict. tit. van Schipbreeck. art.* 8. *& tit. van Schippers ende Koopluyden art.* 6. *Wisb. Zeer. art.* 12. *l.* 6. *D. ad l. Rhod.* Strach. *tract. de naut. nav. & navig. part.* 3. *num.* 11. 13. facit *l.* 27. §. 23. *D. ad l. Aquil. l.* 30. §. *mulas. D. locat.* Plura hujus generis vide apud Strach. *ubi ſupra.* & Tholoſan. *Syntagm. l.* 29. *cap.* 11.

DE VICQ.

8 Juſta cauſa, & timore,) Si ſerena in procellas mutentur, ſi ventis Euroclydonibus, montibus aquarum, fluctibus decumanis reſiſti amplius nequeat, ſi periculum ſit, ne navis illiſa ſcopulis, ſyrtibus, aut brevibus ſolvatur, omnino æquum eſt, ne omnes cum ipſa navi pereant, ad jacturam, ceu ancoram ſacram & ἐσχάτην βοηθείαν, jubente ita neceſſitate, confugere. *l. ſi laborante.* 2. *princ.* in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

in verb. laborante nave. §. *Cum in eadem.* 2. *verb. tempeſtate gravi oborta, neceſſario &c. ff. de lege Rhodia de jactu.* Jonæ *cap.* 1. *verſ.* 4. Actorum *cap.* 27. *verſ.* 14. *& ſeqq.* M. Annæi Senecæ *excerpta controverſiarum lib.* 4. *cap.* 4. Antonius Mornacius, Petrus Peckius *n.* 3. *ad. l.* 1. *ff. d. t.* D. Eraſmus *in colloquio, quod, naufragium, inſcribitur.* Sed ne tum quidem hæc poteſtas uſquequaque libera, nec promiſcue quarumcunque rerum jactum facere licet. Fortem nauta agere debet, non ἀνάλγητον, *doloris expertem*, audacem, qui nihil metuat neque terræ motum, neque procellas, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτοὺς, *quales ajunt eſſe Celtas.* E diverſo nec timidus ſit, neque ignavus, qui metuendo modum ſuperat, qui omnem flatum adverſæ fortunæ timet, qui metuit καὶ ἃ μὴ δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ. Ariſtoteles *Ethicorum Nicomachiorum lib.* 3. *cap.* 7. Conimbricenſes *in d. tractat. diſputat.* 9. *quæſt.* 2. Joannes Caſus *ſpeculi moralium quæſtionum lib.* 3. *cap.* 7. Franco Burgerſdicius *Philoſophiæ moralis cap.* 14. *n.* 6. *n.* 13. *& ſeqq. n.* 21. *& ſeqq.* Fr. Euſtachius *Ethicæ tract.* 3. *diſp.* 2. §. 3. Etenim magiſter, ſi ſine juſta cauſa, vel juſto metu, nullo imminente periculo, alienas merces in mare projecit, actione in factum Prætoria tenebitur. *l. Qui ſervandarum.* 14. *ff. de præſcriptis verbis, & in factum actionibus.* Jacobus Cujacius *ad l. Iuris gentium.* 7. *ff. de pactis pag. m.* 943. Emundus Merillius *variantium ex Cujacio lib.* 1. *cap.* 30. neque ante ſecurus erit, quam probet juſtum metum, qui in virum fortiſſimum & conſtantiſſimum cadere queat. *d. l.* 2. §. *Si conſervatis.* 1. *in verb. propter aliquem metum. l. Vani timoris.* 184. *ff. de R. I. l. Metum accipiendum.* 5. *& ſeq. ff. Quod metus cauſa geſtum erit. Cap. Ad audientiam.* 4. *extr. eod. lib.* 1. *tit.* 40. A. Gellius *noctium Atticarum lib.* 19. *cap.* 1. Gloſſa *in verb. Exarmaverit.* Bartolus, Paulus Caſtrenſis *ad d.* §. *ſi conſervatis.* 1. Joſephus Maſcardus *de probationibus vol.* 3. *concluſ.* 1056. *n.* 54. Petrus Peckius *ad l. Cum arbor.* 3.

DE VICQ.

ff. de l. Rhodia n. 3. *& ſeqq.* Henricus Zoeſius *eod. n.* 2. Modus probandi, ut ipſe cum parte ſociorum navalium jurejurando, ſi id exigant domini jactarum mercium, teſtetur de præſenti periculo, & ſumma neceſſitate. *Wisbuyſche Zee-rechten placit.* 20. 38. *& ſeq.* Placitum Philippi II. *ult. Octobr.* 1563. *tit. van Schipbreeckinge, Zee-werpinge, &c. art.* 4. Statuta Friſiæ *lib.* 1. *tit.* 21. *art.* 4. *Zee-rechten van Weſtcapelle art.* 9. (Jus maritimum Weſtcapellenſe, aut utique reliquias ſive partem illius, vel indicem, *een Stuck, extract*, typis evulgavit M. Zuerius Boxhornius *Chronici Zelandiæ part.* 1. *in deſcriptione Weſtcapellæ pag. m.* 276. *& ſeqq.*) Antonius Mornacius *ad d.* §. *ſi conſervatis.* 1. *ad l. Amiſſæ.* 5. §. *Arbore.* 1. *ff. h. t.* Hugo Grotius *manuductionis ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 29. *n.* 12. Joannes Loccenius *de jure maritimo lib.* 2. *cap.* 7. §. 3. Ulterius merces non projiciendæ paſſim, & ſine ullo delectu; ſed ut verum jactus finem aſſequantur, qui eſt levandæ navis, *διὰ τὸ κουφισθῆναι τὸ πλοῖον*, Baſilicῶν *lib.* 53. *tit.* 3. *cap.* 1. Michaël Attaliata *Synopſeos tit.* 48. §. 9. & ne extra neceſſitatem mercatores onerentur, de illis potiſſimum jacturam facient, quæ pretii minimi ſunt, & ponderis gravioris. arg. *l.* 1. *& tot. tit. de l. Rhodia de jactu.* C. Salluſtius *ad C. Cæſarem de Republica ordinanda pag. m.* 547. *& ſeq.* Placitum Philippi II. *d. t. art.* 5. Statuta Friſiæ *d. t.* 21. *art.* 5. Hugo Grotius *d. part. n.* 13. Simon van Leeuwen *Cenſuræ forenſis lib.* 4. *cap.* 29. *n.* 10. *Iuris Romano-Hollandici lib.* 4. *part.* 31. *n.* 3. Poſtremo non dubitabunt humanitatem, id eſt, cognationem, quam inter nos natura conſtituit, *l. Ut vim.* 3. *ff. de juſtitia & jure.* præferre rei familiari, adeoque potius equi pretioſi, quam ſervuli vilis, qui tamen homo, *l. Quod attinet.* 32. *ff. de regulis juris.* Jobi *cap.* 31. *verſ.* 13. *& ſeqq.* L. Annæus Seneca *de clementia lib.* 1. *cap.* 18. *& epiſtol.* 47. Trimalcio apud Petronium in fragmento, quod cum in

Ita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

periculum non fuiſſet, jacturam facere vel cædere pro ſua diſcretione liberum eſt, neque tenentur exſpectare donec alii ex ſociis jaciant aut incidant, ſed ejus, quod navi, quam regunt, conducibile eſt, rationem habere debent: cum præſtet q in tempore jactus remedio navi conſulere, quam ſimul cum rebus interire.

X. Et licet ſuperius relatum eſt, damnum effluxarum, madefactarum, & corruptarum mercium collationis conſortio non ſarciri, ſed ſuum quemque ferre de-

DE VICQ.

Italia peregrinarer, Tragurii repertum primò Patavii anno 1664. publici juris factum eſt, *pag. m.* 60. & ad imaginem Dei conditus, D. Paulus *ad Titum cap.* 2. *vers.* 9. *& ſeqq. ad Epheſios cap.* 6. *vers.* 5. *& ſeqq.* jacturam facere. quo de impiè olim ambigit Hecato, teſte Cicerone *de officiis lib.* 3. *pag. m.* 144. cæterum hominum inter ſe invicem eo caſu capitationem aliquam inſtituere durum quidem eſt, ſed longè durius, ut ne pars vectorum pereat, omnibus pereundum eſſe. Cicero *d. l.* Antonius Matthæus *diſputat. de lege Rhodia th.* 22. Samuël de Lublino *Summulæ caſuum part.* 2. *tit. Homicidium. n.* 12. Reinoldus Kuricke *quæſtion. illuſtr.* 30. Exempla habemus Jonæ *cap.* 1. *vers.* 12. *& ſeqq.* Linſchot. *in itinerario cap.* 92. *ad annum* M D LXXXV.

VAN LEEUWEN.

q In tempore) Juxta Regulam: Abundans cautela non nocet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

trimentum; Jus Civile tamen in *l. Navis. 4. §. Cum autem jactus. in fin. D. ad l. Rhod.* contrarium decidit: utique ſi multo plus ſit in damno quam in collatione. ut puta mercator ſi merces trajiciat vicenum, quæ decem deteriores factæ ſunt, quinque autem jactarum mercium nomine à ſingulis ſint conferenda; ille non debet duplici damno onerari, & jacturæ decem, & collationis quinque, hoc enim modo perderet quindecim, & conſequenter ſexdecim de centum. Igitur ut conciliemus textum in *d. l. Navis. 4. §. Cum autem jactus. D. eod.* cum conſuetudine ſuprà memorata, quod ſcilicet effluxæ, madefactæ & corruptæ merces in collationem non veniant, id intelligere debemus, niſi jactus in cauſa fuerit ejus detrimenti, quo merces effluxæ, madefactæ & corruptæ ſunt: quo caſu ejus, cujus intereſt jacturam & damnum factum non eſſe, communi collatione ratio *r* haberi debet.

VAN LEEUWEN.

r Haberi debet.) *l. 4. §. 2. vers. an ex priore cauſa.* Ita tamen, ut mercibus corruptis præſente pretio æſtimatis, illarum dominus partem

debet. atque ita quoque accipiendus videtur textus in *d. §. Cum autem jactus. ibi: propter jactum.* neque enim intereſſe debet, jactatas res amiſerit, [9] an nudatas de-

VAN LEEUWEN.

tem quoque detrimenti ferat pro rata & proportione factæ æſtimationis. *arg. d. l. 4. §. 2. in. pr. D. ad l. Rhod.*

DE VICQ.

[9] An nudatas) Hæc ἀπόδοσις, ſive ἀνταπόδοσις, *redditio contrario*, interprete Quintiliano *inſtitutionum oratoriarum lib. 8. cap. 3. pag. m. 411. & ſeq.* deëſt in omnibus codicibus, qui ad manus noſtras pervenerunt: ut meritò dubites, utrum operarum incuriæ, an Quintini βραχυλογίᾳ hunc hiatum adſcribas. Sed ad rem. Si merces quorundam aſpergine vel ſalſugine maris deteriores factæ ſint, eo caſu collatio nequaquam exoneratur: ſed & ipſi pro portione æſtimationis rerum, quæ fuit antequam fierent deteriores, contribuere debent. *l. Navis. 4. §. Cum autem. 2. vers. Poteſt tamen dici. ff. h. t.* tunc utique, quum iis conſultum ſit actione locati vel conducti adverſus magiſtrum navis, quod merces poſuerit in angulo aliquo, loco non idoneo; quod navem non bene ſtiparit & picarit, illiuſque commiſſuras rimaſve muſci coma non probè ferruminarit, ſolidarit; vel denique quod non habuerit commoda integumenta. *d. §. Cum autem. 2.* & quæ plena manu adduximus *ſupra ad n. 7. in verb. Ferre debet.* Vide tamen diſſentientes Accurſium *in verb. Conferre debebit.* Paulum de Caſtro, Antonium Fabrum *in rationalibus*, Arnoldum Vinnium Joh. Brunnemannum, *n. 2. ad d. §. Cum autem. lit. d.* Cæterùm debetur collatio rerum vitiatarum, niſi ſit juſta ratio deteriorationis: niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

ſi, inquam, propter jacta nudatis rebus damnum ſecutum ſit: tantum enim abeſt, quo minus a dominis eo caſu debeatur contributio, ut & ipſis, ab iis, qui res ſuas ſalvas habent, damnum illud collationis conſortio ſarciri oporteat. Quippe cum nihil interſit, jactatas res amiſerint, an nudatas deteriores habere cœperint; & ſicut ei, qui perdiderit, ſubvenitur, ita & ei ſubveniri oporteat, qui deteriores propter jactum res habere cœperit. Quomodo etiam Papirius Fronto (ita legendum. Jacobus Curtius *εἰκαςῶν lib.* 1. *cap.* 25. Ludovicus Charondas *h.l.*) reſpondit. *d.* §. *Cum autem.* 2. Paulus de Caſtro *ad. d.* §. Franciſcus Duarenus *eod. tit. cap.*3.*pag.m.*972. Antonius Matthæus *d.t.th.*7. Illos quod attinet, qui accepto pretio ſecuros periculi jubent eſſe mercatores res ſuas in navem immittentes, ſic ferè res ſe habet; ut præſtare teneantur damnum quodcunque mercibus extrinſecus adveniens: videlicet ſi merces aſpergine marina corruptæ ſint & deteriores factæ, aut tempeſtate gravi oborta, vi ventorum, naufragio, ſive incendio perierint: nec diſtinguemus ſcelere & dolo malo, an culpa & negligentia nautarum, aliorumve damnum datum ſit. cæterùm ſi merces proprio & intrinſeco vitio corruptæ & vitiatæ ſint, illæ ſuo domino peribunt, neque illud damnum aſſecuratores ſarcire, reficere, reparare tenebuntur: extra quam ſi hujuſmodi quoque periculum ſpecialiter in ſe receperint. *Ordonnantie op 't ſtuck vande aſſeurantie van Amſterdam art.* 27. *Rotterdam art.* 17. *Coſtumen van Antwerpen tit.* 54. *art.* 15. Hugo Grotius *manuductionis ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 24. *n.* 21. *n.*31. Petrus Santerna *de aſſecurationibus part.* 4 *n.* 13. *n.* 16. *& ſeqq. n.* 31. Benevenutus Stracha *eod. tit. gloſſ.* 19. *n.* 2. *gl.* 20. *n.* 3. Antonius Perezius *Cod. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 22. Simon van Leeuwen *Iuris Romano-Hollandici lib.* 4. *part.* 9. *n.* 5. Reinoldus Kuricke *de aſſecurationibus pag.* 6. Igitur detrimentum, quod dolo vel

deteriores habere cœperit: & ſicut illi ſubvenitur communi contributione, utique ratio ſuadet, ut & huic ſubveniri oporteat. eo magis quod & eo jure utamur, ut ſi merces vi tempeſtatis aut procellæ madidæ aut corruptæ fuerint, inde teneantur aſſecuratores vel averſores periculi: extra tempeſtatem verò ſi madefiant

DE VICQ.

vel culpa nautarum, aliorumve contingit, ſequitur ſuſceptores periculi: His verò non alia ratione conſultum eſt, quam ut regreſſum habeant adverſus illos, qui occaſionem damni dederunt. nec mutat, ſi ſolvendo non fuerint, quorum dolus vel culpa arguitur, adeoque propter inopiam adverſarii actio ſit inanis; hoc enim aſſecuratos non onerat, ſed aſſecuratores ſibi imputare debent: quomodo enim non fuerit iniquiſſimum actionem reſtitutoriam competere adverſus aſſecuratos, qui ideo averſorem periculi acceperunt, ut diligentius ſibi in omnem eventum cautum & proſpectum foret. P. Santerna *d. part.* 4. *n.* 19. *& ſeqq.* B. Stracha *d. gl.* 20. *n.* 3. *& ſeq.* Qui autem res trans mare vehendas ſalvas fore promiſerunt, quamvis mercium jactarum detrimentum dominis præſtare teneantur, ad communem tamen contributionem, quæ ex lege Rhodia deſcendit, vocari non debent. Intereſt quidem eorum navem cum mercibus ſalvam eſſe, ſed tamen collationis onus pati non debent, nec duplici damno onerari, qui non niſi ſimplex receperunt, arg. *l. Navis.* 4. §. *Cum autem.* 2. *ff. de lege Rhodia de jactu.* Ant. Matthæus *d. t. th.* 14. Joh. Jac. Wiſſenbach *d. t. th.* 6.

fiant aut corrumpantur, periculo ſint mercatoris, aut magiſtri ſi navis vitio damnum otibgerit, quod tum mercator ex vectura [s] deducit.

XI. Quæritur jam an ſcapha, quam magiſter [10] in tempeſtate reſecat, avariæ impu-

VAN LEEUWEN.

s Deducit.) *Placc.* 1563. *tit. van Schipbreuck. art.* 8.

DE VICQ.

10 In tempeſtate reſecat,) Cum arbor, aut aliud navis inſtrumentum, removendi communis periculi cauſa dejectum eſt, contributio debetur. *l. Cum arbor.* 3. *ff. h.t.* vide quæ diximus *ſupra ad n.* VI. Quid ergo ſi communi conſilio præciſo fune ſcapha amiſſa ſit, nonne æquitas contributionis locum habebit? Tametſi ſcapha ſecundum quoſdam non eſt inſtrumentum navis, nec quicquam cum ea conjunctum habet, quippe quæ mediocritate, non genere ab ea differt; nam & ſcapha ipſa per ſe parva navicula eſt. *l. Scapham.* 44. *ff. de evictionibus &c. l. ſi navem.* 29. *ff. de inſtructo, vel inſtrumento legato.* nihilominus tamen Jus navale Rhodiorum *cap.* 43. *& ſeq.* præſcribit, ut ſcaphæ vel ἐν ζάλῃ, *in tempeſtate* fractæ vel perditæ etiam in contributionem venire debeant. Verumenimvero illas leges Rhodias quod attinet, ſive ſint vetuſtiſſimæ illæ, ſive noviſſimæ quædam a Græcis effictæ, ut autumant Jacobus Cujacius *ad l.* 2. *ff. h. t. operum poſthumorum tom.* 2. *pag. m.* 561. Antonius Auguſtinus *de legibus & Senatusconſultis. pag. m.* 131. Jacobus Gothofredus *ad l.* Ἀξίωσις. 9. *ff. eod. cap.* 1. adde Claude Colombet *dans ſon abregè de la Iuriſprudence Romaine part.* 5. *titr.* 33. hac in parte

DE VICQ.

parte rationi Juris civilis ἐκ διαμέτρȣ adverſantur. *l. ſi laborante.* 2. §. *ſi conſervatis.* 1. *l. Navis.* 6. *ff. d. t.* neque ſunt ἀνεπίληπτοι, *irreprehenſibiles*: quod de antiquiſſimis Rhodiorum legibus teſtatur Docimius *in libro de jure*, cujus fragmentum exſtat Juris Græco-Romani *tom.* 2. *pag. m.* 278. Tutius igitur adhærebimus diſtinctioni, quam ſuppeditat Quintinus noſter, & probant Taco van Glins *ad Conſtitutionem van Schipbreeckinge, &c. art.* 8. *in verb. In den boot.* Reinoldus Kuricke *ad jus maritimum Hanſeaticum tit.* 8. *art.* 4. *pag.* 200. nam & hodie ſcapha ferè pro acceſſione utimur, & cum majori navi inſerviat, pro inſtrumento ejus habetur. Antonius Matthæus *ad Digeſt. lib.* 48. *tit.* 2. *cap.* 5. *n.* 18. *& de auctionibus lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 13. *eſſarcia, come ſono anchore, gumine, o barche, o alcune altre eſſarcie,* id eſt, ἐξαρτία, inſtrumentum, quo nomine veniunt ancoræ, rudentes, ſive ſcaphæ, ſive alia quæcunque armamenta. Conſolato del mare *cap.* 281. adde quod refectio ſcaphæ facta ſit, navis levandæ, ſervandæ, communiſque periculi removendi cauſa: ut hoc pacto cum mari & ventis deciderent, uti loquuntur Juvenalis *Satyr.* 12. Eraſmus R. *in Naufragio.* Scapha autem ſive barca cuncta navis commercia ad litus portat. (Scaphæ ſunt naviculæ, quæ majores naves conſequuntur. Nonius Marcellus, *pag. m.* 559.) Hanc naves in pelago propter nimias undas ſuo ſuſcipiunt gremio. Ubi autem appropinquaverit portui reddit vicem barca navi quam accepit in pelago. Iſidorus Hiſpalenſis *originum lib.* 19. *cap.* 1. Sed & ſi navem frangi contigerit, nauclerus ante omnia homines ſuo acatio, ſcapha aut cymba ad littus vehere, deinde funes, rudentes & armamenta navis ſervare, & ſi tunc vectores naufragium ſuum colligere poſſunt, cymbam & nautas commodare debet. Jus maritimum Hanſeaticum *tit.* 9. *art.* 4. Jus Lubecenſe *lib.* 6. *tit.* 3. *art.* 5. *& ſeq.* Statuta Hamburgenſia *part.* 2. *tit.* 17. *art.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

imputanda ſit? Communis concluſio eſt, quod ſi modo nauclerus ſcapham commodè in navim recipere, cogere, inibique condere poſſit, ea reſecta omnino in avariam groſſam venire debeat: non ventura ſi magiſter navem uſque adeo repleat, obruatque, nullus ut ibidem commodus locus ſcaphæ vacet. Ratio eſt, quia tum lucratur plus vecturæ: fieri autem non debet, ut inſignis avaritia lucrum illi & compendium afferat. Nam & ſi magiſter in ſcapha, quam in navem recipit, cogeret oleum, vina, aliaſve merces, & poſtea ſcapham tempeſtate oborta reſecaret aut dejiceret, ejus tamen ratio haberi non deberet, ſed ipſe propter avaritiam mercatori damnum prædictum ſarcire & refundere teneretur. etenim ſcapha in navi impediri non debet, ſed ſubſidio eſſe iis, qui ſunt in navi, ut, ſi ingruat neceſſitas, ejus beneficio ſalutem ſibi procurent.

XII. [11] [t] Circa æſtimationem damni jacta-

VAN LEEUWEN.

[t] Circa æſtimationem) In contributione damni jactarum mercium duplex æſtimatio conſideranda eſt. 1. Rerum amiſſarum & jactata-

VAN LEEUWEN.

ctatarum. 2. Servatarum ſalvarumque. Res amiſſæ & jactæ æſtimabantur, quanti veriſimiliter emtæ erant, ſalvæ, quanti veniri poſſent. *l.* 2. §. 2. & 4. *D. ad l. Rhod.* Verùm *art.* 6. *ſupra laudati tit. van Schipbreeck.* & *art.* 20. Juris maritimi Wisbuienſis, contra *d. l.* 2. §. 2. & 4. conſtitutum erat, ut & jactæ res & conſervatæ ſine diſcrimine de libra in libram æſtimarentur eo pretio, quo ſalvæ vendi poſſent, deducta vectura aliiſque impenſis, additâque verâ ipſius æſtimatione, faciendâ a nautis & mercatoribus hujus rei peritis, neutrique parti addictis, aut tota vecturæ mercede nautæ promiſſâ, utramlibet elegerit mercator. Cæterùm id nunquam, niſi ſub diſtinctione, quæ eſt in textu, receptum & obſervatum videtur: Coren *decis. ſupr. cur. Holl.* 41. *n.* 4. *in marg.* & Neoſtad. *ſupr. cur. decis.* 86. uſque adeo ut ex jactatis rebus illæ, quæ jactæ dimidia itineris parte nondum peracta, in contributionem non veniant, ſed eæ tantum quæ jactæ ſunt poſteaquam naves mediam partem ſuſcepti itineris confeciſſent. Vide quæ ſequuntur, *n.* XXIII.

DE VICQ.

11 Circa æſtimationem) Contributio commodè fieri nequit, niſi æſtimatis ante mercibus, quæ ſalvæ ſunt, & quæ amiſſæ. Æſtimatio autem & computatio fieri debet per navicularios & mercatores hujus rei peritos, & neutri parti faventes, vel addictos. Juxta edictum Philippi II. *tit. van Schipbreeckinge, &c. art.* 6. Ordinationem Friſicam *lib.* 1. *tit.* 21. *art.* 6. Hugonem Grotium *manuductionis lib.* 3. *part.* 29. *n.* 16. *Edit de Blois touchant la Juſtice art.* 162. Jacques Corbin *dans ſon Code Louys XIII. tom.* 1. *pag.* 299. *Recueil des edits, &c. des Rois de France pag.* 487. Cæterum Amſtelodami judices delegati ad cauſas aſſecurationum, noſtratibus *Aſſeurantie-Meeſters*, vel *Commiſſariſſen van de kamer van aſſeurantie*, arbitrorum ſive æſtimatorum vice ut plurimum fungi ſolent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

lent. Gerard Rooſeboom *Sylloge conſuetudinum Amſtelodamenſium tit.* 30. *art.* 40. adde Rotæ Genuæ *deciſion.* 141. Quid autem ſi ex tribus arbitris, ſive judicibus, (totidem namque tam Roterodami, quam Amſtelodami, ad prædictas cauſas delegari conſueverunt.) unus quindecim, alius decem, tertius quinque condemnent, cui ſententiæ ſtetur? & Julianus ſcribit, quinque debere præſtari: quia in hanc ſummam omnes conſenſerunt. *l. Diem proferre.* 27. §. *ſi plures.* 3. *ff. de receptis, qui arbitrium receperunt, &c. Cap.* 1. *de arbitris. Sexti Decretalium lib.* 1. *tit.* 23. Bartholomæus Socinus *reg. Sententia lata per plures.* 457. *pag. m.* 754. Antonius Faber *Cod. lib.* 1. *tit.* 7. *def.* 3. Imo maxima hic ſubeſt æquivocationis fallacia, & nullo modo in quinque conſenſiſſe videri debet, qui quindecim condemnavit. Oportet igitur ut vel omnes in unam ſummam concordent, vel tertius alterutri ſententiæ accedat. Abrahamus à Weſel *ad novellas Conſtitutiones Ultrajectinas art.* 11. *n.* 55. *& ſeqq.* Franciſcus Zypæus *in notitia juris Belgici lib.* 1. *tit, de arbitris. pag. m* 58. Hodie ſi tale quid eveniat, expediendarum litium cauſa mediæ ſententiæ ſtatur, utpote in qua omnes minus diſſentiunt, magis conveniunt. D. Cyprianus Regneri *in cenſura, & diſputatione*, Hugo Grotius *in florum ſparſione*, Simon à Groenewegen *ad d.* §. *ſi plures.* 3. Philippus Matthæus *n.* 22. Joannes à Sande *pag. m.* 60. *ad l. ſemper.* 9. *ff. de regulis juris.* Quoties autem rerum collatio fit, τὰ μὲν ἀποβληθέντα (ſic corrige veteres gloſſas Baſilicῶν *in verb.* Κοντελβετίονι, ubi perperam legitur, τὰ ἀγορασθέντα, ſenſu prorſus abſurdo: quod miror fugiſſe Carolum Labbæum, qui illas gloſſas notis illuſtravit.) abjecta quidem, merces projectæ æſtimantur eo pretio, quo emtæ ſunt, (niſi fortè tempore jactus minus valeant. Accurſius *in verb. Non lucri.* Bartholomæus de Salyceto *ad l. ſi laborante.* 2. §. *Portio.* 4. *ff. h. t.* damnum enim reficitur, non lucrum; detrimenti, non lucri, non emo-

DE VICQ.

emolumenti ſit præſtatio. *d.* §. 4.) ſervatæ verò quanti venire poſſunt. *eod.* §. *Portio* 4. Baſilicῶν *lib.* 53. *tit.* 3. *cap.* 2. §. 4. Gloſſæ Baſilicῶν *d. verb.* Κοντριβουτίονι. Conſtantinus Harmenopulus *promtuarii juris civilis lib.* 2. *tit.* 11. §. 17. æſtimantur autem ſecundum rei veritatem, nec quicquam earum formali pretio æſtimandum eſſe ſciendum eſt; arg. *l. In lege Falcidia.* 62. §. 1. *& l. ſeq. ff. ad legem Falcidiam.* Petrus Peckius, Arnoldus Vinnius *lit. d. ad d.* §. 4. Henricus Zoeſius *ff. h. t. n.* 8. Antonius Perezius *C. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 25. Sed cur tam varie? Cur aliter æſtimantur merces ſalvæ, aliter amiſſæ? Rationem reddit Harmenopulus *d. t.* §. 11. ἵνα καὶ ἡ ζημία ἐπ' ὀλίγον συσταλῇ, καὶ τὸ κέρδος ἐπιπλέον ἐκταθῇ, *ut damnum,* (ex parte illorum, quorum merces dejectæ) *quantum fieri poteſt, minuatur, & lucrum* (ex parte cæterorum) *amplius propagetur*: ut quam minimum gravarentur contributores. Reinhardus Bachovius ad M. Weſenbecium *ff. h. t. n.* 4. atque ita quidem de jure civili, cujus majeſtatem Proceres noſtri ſic comiter conſervant, ut tamen illi nihil in ſe licere patiantur, niſi quod ejus rationi & æquitati, non authoritati & ſanctioni concedunt. quemadmodum igitur jure Romano, in his rebus, quarum nomine conferendum eſt, ita & hodie in iis, quæ amiſſæ, quæ in mare projectæ ſunt, æſtimatio debet haberi, non quanti emtæ ſint, ſed quanti ſimiles deſtinato loco venire poſſunt. Verumenimvero quamvis id indiſtinctè obtinere voluerint *Wisbuyſche Zee-rechten placit.* 20. Conſtitutio Philippi II. *d. art.* 6. Ordinatio Friſica *d. l.* Jus maritimum Hanſeaticum *tit.* 8. *art.* 1. Jus Lubecenſe *lib.* 6. *tit.* 2. *art.* 1. Jus Pruthenicum *lib.* 4. *tit.* 19. *art.* 2. §. 1. H. Grotius *d. part.* 29. *n.* 15. Simon à Groenewegen *ad d.* §. 4. Joannes Loccenius *de jure maritimo lib.* 2. *cap.* 8. §. 1. illæ tamen ſanctiones non alias receptæ videntur, quam ſi jactus fiat; cum mediam partem itineris jam proſpero curſu eſſent emenſi. Con-

jactarum mercium unumquemque meminiſſe oportet, quod ſiquidem naves mediam partem itineris ſint emenſi, merces tum jactæ æſtimentur taxenturque in catalogo, eo pretio quo in loco deſtinato venire potuiſſent: cæterùm ſi prædictæ merces jactæ ſint dimidia itineris parte nondum confecta, pluris non æſtimentur, quam quanti emtæ ſunt in loco, ubi immiſſæ in navem. atque ita cape textum in *l.* 2. *§. Portio autem.* 4. *vers. Sed in his rebus. D. ad l. Rhod.*

Quum autem res ſuperato dimidio itinere jactæ æſtimantur, quanti in loco, quo exponendæ erant, venditæ fuiſſent, detrahendæ & defalcandæ ſunt indictio-

nes

DE VICQ.

ſolato del mare. *cap.* 95. Jacobus Coren *rerum judicarum obſervat.* 41. *n.* 4. *in notis ad marginem adjectis*, ubi obſervat, uſum videri introduxiſſe hanc diſtinctionem. Arn. Vinnius *d. lit. d.* Simon van Leeuwen *cenſuræ forenſis lib.* 4. *cap.* 29. *n.* 4. *juris Romano-Hollandici lib.* 4. *part.* 31. *n.* 4. ut ut ſit, non auſim aut jus Romanum præferre hodierno, aut contra hodiernum Romano, cum utrumque ſua quadam ac peculiari videatur niti ratione. Quod autem Weitſenius eandem diſtinctionem ſubaudiri vult in *d.* §. *Portio* 4. a mente JCti alienum eſt: verba ſunt Antonii Matthæi *h. t. th.* 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

nes vectigalium, conſuetudinum, portoriorum, aliæque impenſæ, quas mercator in prædictas res erogare debuiſſet.

XIII. Quæſtionis eſt, an pecunia in navi reperta debeat hanc contributionem? Hac de re memini produci, [12] per modum turbæ, diverſa [u] teſtimonia mercatorum, Burſam ſive Baſilicam, tam Antver-

VAN LEEUWEN.

[u] Teſtimonia mercatorum,) No. Quod controverſiarum nauticarum, de quibus nihil certi aut ſcripto jure cautum, aut conſuetudine receptum, deciſio ac judicium permitti ſoleat prudentiæ Mercatorum aut nautarum negotiationibus maritimis aſſuetorum. *Strach. tractat. de Navig. num.* 25. *Mornac. Obſerv. ad l.* 9. *D. ad l. Rhod. de jact. Wiſb. Zeerechten, art.* 38.

DE VICQ.

[12] Per modum turbæ,) Obiter atque ἐν παρόδῳ tractemus de ratione probandæ conſuetudinis. Probari enim eam, non tantum allegari convenit. *l. ſi quis.* 4. *ff. de cuſtodia & exhibitione reorum.* Paulus de Caſtro *ad l. un. C. Ut quæ deſunt advocatis, &c. n.* 2. quum per actus, qui facti ſunt, inducta, facti etiam judicetur & in facto conſiſtere: facta autem, quorum interpretatio plerumque etiam prudentiſſimos fallit, *l. in omni.* 2. *ff. de juris & facti ignorantia.* non præſumuntur, ſed probari debent, facta adſeverantibus incumbit probationis neceſſitas. *l. ſive poſſidetis.* 16. *C. de probationibus. l. Adſeveratio.* 10. *C. de non numerata pecunia.* Abbas Panormitanus *part.* 2. *conſil.* 53. *n.* 4. Matthæus Weſenbecius. *ff. de legibus, &c. n.* 9. Andreas Gail *practicarum obſervationum lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 14. cæte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

terum, quot modis conſuetudo probetur, diſpicere non eſt hujus loci nec temporis, ne longius ab inſtituto divertamur: de uno probationis modo, qui fit per teſtes, paucula delibaſſe contenti erimus. Probari autem conſuetudinem per teſtes nemo facile fuerit, qui in dubium vocet: ſed de numero teſtium, qui ad eam probandam requiritur, non omnes idem ſentiunt. Quidam duorum numero contenti ſunt, duoſque ſufficere opinantur ad plenam conſuetudinis probationem, arg. *l. Ubi numerus. 12. ff de teſtibus.* Bartolus *ad l. Conſuetudinis. 2. C. Quæ ſit longa conſuetudo. n. 30. & ſeq.* Joſephus Maſcardus *de probationibus. vol. 1. conclus. 424. n. 4. n. 13.* Jacobus Coren *d. obſervat. 41. n. 6. in notis.* Sed frequentius per decem teſtes probari volunt, quæ probatio dicitur fieri per turbam, ſive quod decem homines turbam faciant, *l. Prætor ait. 4. §. Turbam. 3. ff. Vi bonorum raptorum, & de turba.* vide Dionyſium Gothofredum *praxis civilis lib. 1. tit. 5. pag. m. 373.* ſive quod teſtes non ſecreto, ut alias, ſed palam in illa turba & multitudine examinentur. Henricus Hahnius ad M. Weſenbecium *d. l. in verb. Teſtibus ſaltem duobus.* atque hæc ſententia in Galliis & Belgio prævaluiſſe videtur. Joannes Faber *ad §. Ex non ſcripto. Inſt. de jure naturali, & c. n. 14.* Ant. d'Eſpeiſſes 10. *pract. 2. art. 3* n. 60. Maſcardus *d. l. n. 5.* Ph. Wielandt *praxis civilis temp. 6. cap. 10.* Jod. Damhouder. *d. tit. c. 164.* Paulus Merula *eod. tit. lib. 4. tit. 65. cap. 13. n. 4.* Meritò autem obſervatur, ut, ſi controverſia de finibus orta ſit, menſores mittantur, & per eos dirimatur ipſa finium quæſtio. *l. ſi irruptione. 8. §. 1. ff. Finium regundorum.* Si agatur de jure prædiatorio, (id eſt, de conditionibus & ſervitutibus prædiorum, de aquæductibus, de limitibus, & ejus generis aliis quæſtionibus. Franciſcus Balduinus *de jurisprudentia Muciana pag. m. 14. & ſeqq.*) conſultores ad Furium & Cæſellium, vel Caſſelium, prædiatores rejiciantur. Cicero *pro L. Cornelio Balbo. pag. m. 158.* Valerius Maximus *lib. 8. cap.*

DE VICQ.

12. *ſect.* 1. *n.* 1. nam aſſiduus uſus uni rei deditus & ingenium & artem ſæpe vincit, & cum ſuæ artis unuſquiſque & actor & diſputator optimus ſit, rectiſſimè Q. Scævola legum clariſſimus & certiſſimus vates judicabat ab his unumquodque negotium aptius explicari poſſe, qui quotidiano ejus uſu callebant. Cicero, Valerius *dd. ll.* Ex Hieronis Regis Syracuſarum decreto nauticis delictis & controverſiis dijudicandis conſtituebantur ναύκληρος, κυβερνήτης, καὶ πρωρεὺς, *nauclerus*, *gubernator*, *&* *proreta*. Athenæus δειπνοσοφιστῶν *lib.* 5. *cap.* 7. Haud ſecus ac hodie ipſi quoque judices, qui tribunalibus præſunt, non raró negotia nautica, ad expertos nautas, ſive illos, qui ad medium Janum ſedent, delegare conſueverunt: *in potere de ſavii huomini, degni di fede, che ſiano & ſappino bene & diligentemente dell' arte del mare.* Conſolato del mare. *cap.* 192. 197. 199. 260. 263. *& paſſim.* Arnoldus Vinnius *in dedicatoria*, *& ad l.* 2. §. *Portio.* 4. *ff. de lege Rhodia de jactu. lit. d.* Etſi autem plerique cenſent, ad validitatem conſuetudinis etiam requiri, ut contradicto aliquando judicio firmata ſit, arg. *l. Cum de.* 34. *ff. de legibus*, *&c.* quibus adſtipulari videntur Leo & Conſtantinus A A. ἐκλογῆς τῶν νόμων *tit.* 2. §. 12. Conſtantinus Harmenopulus προχείρου *lib.* 1. *tit.* 1. §. 25. frequentius tamen & rectè receptum eſt, etiam ſine contradictione judiciali conſuetudinem introduci. Revera enim ſententia declarat potius conſuetudinem quæ eſt, quam faciat eam quæ non eſt: & quum conſuetudo à lege non differat, niſi tanquam tacitum ab expreſſo, non minus conſuetudo, quam lex abſque actu judiciario conſiſtere poteſt. nam quid intereſt judicis ſuffragio conſuetudo declaretur, an rebus ipſis & factis, tacito conſenſu omnium, judicio populi probetur. *l. de quibus.* 32. §. 1. *ff. d. t.* Bartolus *n.* 13. Jaſon Maynus *n.* 51. *n.* 84. Paulus Buſius *n.* 5. Simon à Groenewegen *ad d. l.* Nicolaus Siculus Abbas Panormitanus *ad Cap. Cum tanto. ult.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Antverpienſem, quam aliorum emporiorum, frequentantium: ſed quorum alia ab aliis diſſentiebant. Etenim Antverpienſibus, ut ut non meminiſſent in judicio contradictorio unquam definiri, videbatur tamen, quando res quædam propter tempeſtatem & procellam in mare dejectæ erant, navis merciumque ſervandarum gratia, omnia tum, nullis exceptis, pecuniam quoque numeratam, margaritas, & gemmas conferre oportere. quod convenit textui in *d. l. 2. §. Cum in eadem nave. D. ad l. Rhod. de jact.* ubi & annuli mercatorum, quos in digitis habent, detrimentum præſtare debent jactarum mercium, utpote remedio jacturæ conſervati, 13 ſecundum Bart. *ibi.* atque illis conſequen-

DE VICQ.

extr. de conſuetudine. n. 16. Jacobus Cujacius *obſervationum lib.* 20. *cap.* 1. Joachimus Mynſingerus *obſervationum cent.* 6. *cap.* 41. *n.* 15. *& ſeq.* Arthur Duck *de authoritate juris Civilis lib.* 1. *cap.* 8. §. 8. Johannes Schneidewinus *n.* 6. Arn. Vinnius *n.* 4. *ad d.* §. *Ex non ſcripto.*

13 Secundum Bart.) Bartoli teſtimonium advocant quoque Antonius Matthæus *diſputat. de l. Rhodia th.* 11. Joh. Jac. Wiſſenbach *eod. tit. th.* 6. ego habeo Bartoli opera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

ſequenter memini judicatum, ipſeque interfui quum definiretur, pecuniam numeratam collationem debere. attamen illa ſententia juſſu Regis paulo poſt anno 1548. abolita eſt.

Rationes & momenta aliorum mercatorum, qui negabant pecuniam collationi obnoxiam, fuerunt hæc: I. quia pecunia [14] navem non onerat. II. quia pecu-

ra excuſa Baſileæ anno MDXXCIIX. atque in meo quidem codice nihil reperio, quod vel per milleſimam conſequentiam huc trahi poſſit, niſi fortè hæc verba: Iſte textus eſt argumentum, quod annulorum quos quis portat in digito, & veſtimentorum pretioſorum, tranſiens debeat ſolvere gabellam.

[14] Non onerat.) Verba Quintini vernaculè ſic ſonant: *om dat gelt 't ſchip niet en verlaet.* Miror autem quid in mentem venerit viro cætera doctiſſimo, & qui Belgicum idioma ſatis probè callere videtur, Reinoldo Kuricke, qui ad jus maritimum Hanſeaticum *tit.* 8. *art.* 4 *pag.* 192. illam Quintini periodum convertit hoc modo: quia pecunia navim non deſerit. Siquidem manifeſtum eſt hic proponi illud argumentum, quod JCtus Paulus diluit & refutat in *l.* 2. §. *Cum in eadem.* 2. *ff. h. t.* quanquam eidem Reinoldo τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν, *ſumere quod ab initio quæſitum fuit*, petere principium videtur: quod vix eſt, ut admitti debeat. nam Julius Paulus non concludit, illos jacturam præſtare oportere, qui tales merces impoſuiſſent, quibus navis non oneraretur, ea ſolum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

pecuniæ nomine non debetur vectura: ſi quid enim nauclero detur, pro cuſtodia videri debet. III. quia pecunia præſtationi vectigalium non ſubjicitur: utique ſi ſignata ſit. cæterùm non ſignata munis eſt, præſtatque unciam centeſimam. generaliter autem quæ non pendunt vectigal, ea nec contributionem debent. Denique quia ſi adverſitate fortunæ jactus aut detrimentum obtingat, pecunia numerata magnum affert compendium: ſiquidem nauclero permiſſum eſt illam (ceu rem minimo diſpendio obnoxiam) inſumere atque expe-

DE VICQ.

lummodo adducta ratione, *quia id tributum obſervatæ res deberent*; ſed vel maximè ob hanc cauſam, quia placuit, & meritò placuit, omnes, quorum interfuiſſet jacturam fieri, conferre oportere, ſive quia, ut ait idem Paulus *in fin. princ. ejuſdem l.* 2. æquiſſimum eſt, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amiſſas res aliorum conſecuti ſunt, ut merces ſuas ſalvas haberent. Ratio, quæ ſequitur in textu apud Quintinum manifeſtè falſa eſt: nunquam enim nauta, vel caupo, vel ſtabularius mercedem accipiunt pro cuſtodia: ſed nauta, ut trajiciat vectores: caupo, ut viatores manere in caupona patiatur: ſtabularius, ut permittat jumenta apud eum ſtabulari. *l. Nauta.* 5. *ff. nautæ, caupones, &c.* Ejuſdem ponderis & momenti ſunt cæteræ quoque rationes dubi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

expendere in reparationem navis & mercimoniorum, ut navis adverſa tempeſtate depreſſa denuo inſtruatur, & res ſimul ac merces in ordinem redigantur, iiſdemque ut oportet, proſpiciatur.

Igitur quum navis & bona effugiant hujuſmodi damnum, quod paſſura erant vili pretio vendita aliis in locis, quam ad quæ deſtinata erant, meritò ratio poſtulat, ut merces una cum navi (quæ cæteroqui nauticum fœnus contrahere neceſſe haberent) prædictam pecuniam immunem ſervent à contributione. id quod diligenter obſervandum eſt.

Cæte-

DE VICQ.

bitandi, quas adducit Quintinus. & meritò igitur concludit pecuniam quoque numeratam collationi obnoxiam eſſe: nam hujus æquitatem toties admitti placuit, quoties jactus remedio cæteris in communi periculo conſultum eſt. *l. Amiſſæ*, 5. *ff. de l. Rhodia*, *&c.* Jus navale Rhodiorum *cap.* 9. *c.* 30. Capitoli del Re Don Pietro, *pag. m.* 201. Edictum Philippi II. *tit. van Schipbreeckinge*, *&c. art.* 7. Statuta Friſiæ *lib.* 1. *tit.* 21. *art.* 7. Simon van Leeuwen *cenſuræ forenſis lib.* 4. *cap.* 29. *n.* 2. Excipiunt leges Wisbuienſes *art.* 38. pecuniam, quam vectores tempore jactus e ciſtis depromtam in folliculum, crumenam, loculos, zonam, & bulgam (bulga

C 5 quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Cæterùm ut liqueat de vera cauſa, propter quam obtinuit pecuniam contributioni eximi, ſciendum eſt non licere ex Hiſpa-

DE VICQ.

quid ſit vide apud Nonium Marcellum *pag. m.* 105.) recondunt. Bonitas autem monetæ dividi ſolet in intrinſecam & extrinſecam. Intrinſecam vocant, quæ eſt in materia. Extrinſecam, quæ eſt in valore. Antonius Matthæus *extraordinaria diſputat.* 5. *th.* 8. atque hic quidem pecunia æſtimari debet ſecundum intrinſecam bonitatem, non verò ſecundum impoſititium valorem. *dd. art.* 7. Hugo Grotius *manuductionis ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 29. *n.* 17. Itidem agitatum eſt, an etiam veſtimentorum cujuſque, & annulorum æſtimationem fieri oporteat. & omnium viſum eſt. (excipe tamen, de moribus, veſtimenta quæ ordinario cultui & amictui corporis inſerviunt. Capitoli del Re Don Pietro *d. p.* ſæpius allegatis *art.* 7. H. Grotius *d. l. n.* 18. *& ſeq.* Simon à Groenewegen *ad l.* 2. §. 2. *ff. h. t.*) niſi ſi qua conſumendi, abutendi cauſa in navem impoſita forent. quo in numero eſſent cibaria, τὰ τῆς ἐπαρκίας· nova ratione, quia, ſi quando ea defecerint in navigationem, quod quiſque haberet in commune conferret. *l.* 2. §. *Cum in eadem.* 2. *ff. h. t.* συνεισάγεται γὰρ αὐτὰ τοῖς ἐν τῷ πλοίῳ μὴ ἔχουσι δαπάνην. Baſilicῶν *lib.* 53. *tit.* 3. *cap.* 2. §, 2. Unde originem traxiſſe videtur proverbium navigantium, qui dicunt, ſe, quum in altum provecti ſint, vulgò, *wanneer ſy buyten Duyns ſijn*, omnes æque divites eſſe. Arnoldus Vinnius *ad d.* §. 2. *lit. h.* Similiter nec liberi homines, quamvis beneficio jacturæ præſens mortis periculum effugerint, pro ſe contribuere tenentur: quia placuit corporum liberorum æſtimationem nullam fieri poſſe. *d.* §. 2. *l. Ex hac lege.* 3. *ff. Si quadrupes pauperiem &c. l.* 1. §. *ſed*

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Hiſpania & Luſitania pecuniam exportare; atque exportantibus publicationem pecuniæ imminere, & gravem corporis coërcitionem. & quamvis mercator nihilominus clanculum pecuniam exportaret, arbitri tamen ad computandam avariam electi, nullam unquam pecuniam in catalogum retulerunt, ne tranſgreſſio memorata patefieret, & mercator incurreret pœnas prædictas. Quum autem Cæſarea Majeſtas anno 1553. magnam pecuniæ vim ex Hiſpania trajici juſſiſſet, & in itinere multum jacturæ fieret, contendebant quidem mercatores Cæſarem quoque prædictæ pecuniæ nomine conferre debere, ſed, quod Cæſar negabat ullo unquam

DE VICQ.

cum. 5. *l. Cum liberi.* 7. *ff. de his qui effuderint, &c.* Conſtantinus Harmenopulus προχείρου τῶν νόμων *lib.* 6. *tit.* 1. §. 5. nec contemplationem ſalutis certo modo æſtimari. *l. ſi pater.* 34. §. 1 *ff. de donationibus.* Julius Paulus *receptarum ſententiarum lib.* 5. *tit.* 10. §. 7. neque vitæ præmium ulla æſtimatione pretii penſari. Anianus ad Paulum *d. l.* Ratio ſpecioſa magis, quam vera, & adæquata, uti notat ingenuus juris interpres D. Præceptor meus Cyprianus Regneri *in cenſura ad d.* §. 2. fac. leges Longobardorum *lib.* 1. *tit. de Homicidiis liberorum hominum.* 9. *l.* 1. *l. ſi quis hominem.* 17. *& paßim eod. tit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

quam tempore pecuniam contribuiſſe, veritati conſonans repertum fuit. nihilominus ratio ſuadet, ut pecunia collationi *v* ſubjiciatur, utpote quæ jactus remedio ſalva vecturam quoque debet, & cujus receptæ nomine magiſter chirographum dare ſolet: quæcunque autem res vecturam debent etiam ſunt intributioni obnoxiæ. & chirographa quidem, quibus nauta pecuniam in navem immiſſam profitetur, concipiuntur ea forma, qua ſolent literæ cambii, nimirum ut hac ratione evectio pecuniæ occultetur.

XIV. Ulterius quæritur, ſi navis præſidiaria aut 15 piratica adoriatur onerariam,

VAN LEEUWEN.

v Subjiciatur,) Atque ita præjudiciis tribunalium uſuque forenſi obtinuit, ut gemmæ, baccæ, aurum, argentum, pecunia numerata, &c. etſi illis navis non oneretur, nihilominus tamen tributum debeant: & pecunia ſignata æſtimetur ſecundum intrinſecum valorem. *l.* 2. §. 2. *D. de leg. Rhod. placc.* 1563. *tit. van ſchipb. art.* 7. cæterùm veſtimenta, & quæ amictui inſerviunt, cimeliis, baccis, & gemmis exceptis, collationi exemta ſunt. *contr. d. l.* 2. §. 2. *in verb. itidem. d. tit. van ſchipbr. art.* 7. ut & commeatus cibariaque. *l.* 2. §. 3. *in fin. D. ad l. Rhod. & ibi Arn. Vinn. in addit. ad Pecc.*

DE VICQ.

15 Piratica) Myoparonem Latini vocant. Nonius Marcellus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICO.

cellus *pag. m.* 558. *&* *ſeq.* Olim autem rudi ſeculo, & inter barbaros, prædari, virtutis militaris ab otioſis exercendæ materia quædam, & maris gloria habita fuit. Jus in viribus habebant, adeo ut nec latrocinii quidem eos puderet. Οὐκ ἄδοξον ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ λῃστεύειν, ἀλλ' ἔνδοξον. *Non turpe, non inglorium erat apud antiquos prædari, ſed glorioſum.* Scholiaſtes *ad Homeri Odyſſ.* Γ. *vers.* 73. Quamobrem Neſtor nihil veritus eſt Telemachum cum ſuis hoſpitio exceptum, & cibo ante ſaturatum, hoc modo compellare:

Ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
Ἦ τι κατὰ πρῆξιν, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε
Οἷά τε λῃϊστῆρες ὑπεὶρ ἅλα;

O hoſpites, quinam eſtis? unde navigatis humidas vias?
An ob aliquod negotium, aut temere erratis
Tanquam prædones per mare?
Homerus *d. l. vers.* 71. *&* *ſeqq.*

Hinc non tantum Ariſtoteles *Politicorum lib.* 1. *cap.* 5. *pag. m.* 46. aliique latrocinium inter θήρας, *venationis* genera poſuerunt: ſed etiam legibus Solonis latrocinandi cauſa ſocietatem jure contrahi potuiſſe planum fit ex *l. Sodales.* 4. *ff. de collegiis & corporibus.* ubi omnino legendum, ἢ ἐπὶ λείαν οἰχόμενοι, vel ἐρχόμενοι, uti habent Scholia Baſilicῶν *lib.* 60. *tit.* 32. *c.* 4. *lit.* i. id eſt, *qui prædatum eunt.* Joannes Bodinus de *Republica lib.* 2. *cap.* 2. *pag. m.* 189. *lib.* 3. *cap.* 7. *pag.* 328. *&* *ſeq.* Jacobus Cujacius *obſervationum lib.* 7. *cap.* 30. *in fin.* Ne exemplis res egeat, paucis agam. Tauri vivebant ἀπὸ λῃΐης τε καὶ πολέμου, *è rapto & ex bello.* Herodotus *in Melpomene lib.* 4. *cap.* 103. Phocenſes, qui & Maſſiliam propè oſtia Rhodani amnis condiderunt, Jodocus Sincerus *in itinerario Galliæ pag. m.* 139. *&* *ſeq.* exiguitate ac macie terræ coacti, ſtudioſius mare quam terras exercuere: piſcando, mercando, plerumque etiam latrocinio maris, quod illis temporibus gloriæ habebatur, vitam tolerabant. Juſtinus *hiſtoriarum lib.* 43. *cap.* 3. Ex Cilicia pecunioſi etiam, nata-

natalibus clari, viri prudentia præcellere exiſtimati naves prædatorias conſcendebant & ſocietati nomina dabant, quaſi ea res laudem adderet & gloriam, ſceleribus geſtiebant gloriabanturque. Plutarchus *in Pompejo pag.m.* 63. Julius Cæſar *de bello Gallico lib.* 6.*cap*.23. de veteribus Germanis: Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cujuſque civitatis fiunt. atque ea juventutis exercendæ, ac deſidiæ minuendæ cauſa fieri prædicant. Verum enimvero quum maritimi prædones ſint communes hoſtes gentium nationumque omnium, Cicero *in Verrem lib*.7. *orat*. 10. *pag. m.* 536. meritiſſimò navigia, quæ piraticam exercent prævitatem, Imperatoribus ſunt, & Chriſtiano nomini inimica. *Auth. Navigia.C. de furtis, & ſervo corrupto.* uſque adeo, ut, quamvis cæteroqui leges hominem quantumvis ſceleſtum non ſinant affici ſupplicio, niſi prius damnatum ex ſententia judicum, Flavius Joſephus *antiquitatum Judaicarum lib.* 14. *cap.* 17. *pag.m.* 394. *b.* R. Moſes Ægyptius *præcepto negant.* 296. Samuel de Lublino *ſummulæ caſuum part.* 2. *verb. Homicidium. n.* 17. 33. 35. tamen adverſus piratas, ceu publicos hoſtes, omnis homo miles ſit, uti loquitur Tertullianus *apologetici cap.* 2. Nimirum piratis, haud ſecus ac feris, nullum territorium præbet ſecuritatem: prædones illi impune offenduntur ab omnibus, quibus pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis authoritas facta eſt. *Can. ſi quis.* 6. *caus.* 23. *qu.* 3. Benevenutus Stracha *de nautis part.* 3. *n.* 29. & *ſeqq.* Albericus Gentilis *Hiſpanicæ advocationis lib.* 1. *cap.*4. *pag. m.* 15. nam & qui propter communem utilitatem piratas interfecit, præmiis quoque dignus eſt, ut qui multorum animas a morte liberaverit, & locum, qui illorum inſidiis, tanquam ſpinis quibuſdam & tribulis, ſuffocabatur, manſuefecerit. Conſtantinus Chliarenus *juris Græco-Romani tom.* 1. *lib.* 3. *pag. m.* 210. nec mirum: comparantur enim hoſtibus piratæ, & ſunt ipſo jure diffidati.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

fidati. Paulus de Caſtro *ad d. Auth. Navigia. n. 4.* diffidare nihil aliud eſt, quam bellum & extremas immicitias denuntiare. Udalricus Zaſius *ad §. ſic itaque diſcretis. 14. Inſt. de actionibus. n. 15.* Matthæus de Afflictis *de pace tenenda, & ejus violatoribus. §. Si quis hominem. n. 57.* & deſcendit ab antiquo Gallico & adhuc uſitatiſſimo, *deffier*, ſi fides Conrado Scleiffio in Martinum Laudenſem *de bello. quæſt. 9. n. 9.* Sed contra, & rectius Menage *dans ſes origines de la langue Françoiſe, Deffier*, deducit a diffidare. Memini me anno MDCLXIV. pridie Paraſceves, *Giovedi Santo* Italis, Girolamo Lunadoro *nella relatione della Corte di Roma. pag. m. 73.* Romæ intereſſe promulgationi Bullæ, quam vocitant Cœnæ Domini, & ſecurum excipere brutum fulmen in Hæreticos ſcilicet vibratum: ſimul autem excommunicabantur & anathematizabantur omnes piratæ, curſarii, ac latrunculi maritimi, diſcurrentes per mare Eccleſiæ a monte Argentario, uſque ad Tarracinam, & eorum quoque fautores, receptatores & defenſores. Joannes Seldenus *de dominio maris lib. 1. cap. 16. pag m. 59.* S. de Lublino *d. tract. part. 1. tit. Bulla Cœnæ. cas. 3.* Sed hæc alibi pluribus perſecuti ſumus. Piratæ autem maria pervagantur, ut in navigantes impetum faciant, inſulas, & loca maritima deprædentur: unde & θηρευταὶ ἐν ὕδασι vocantur Heſychio *in verb.* Πειραταί. Ego arbitror latrones, quiqui eorum recte ſapiunt, nihil anteferre lucro debere ſuo, inquiebat Lepolemus apud L. Apulejum *metamorphoſeon lib. 7. pag. m.* 264. Igitur ſi ab hoſtibus, vel latronibus, vel piratis pecuniæ cum iis, quæ ad nautas in commune ſpectant, diripiantur, hoc detrimentum pro portione communicari debebit, juxta jus navale Rhodiorum *cap. 9.* quod ſequi videntur Statuta Veneta *lib. 6. cap. 68. & excerpta ex Authenticis conſil. 43.* & præjudicio confirmaſſe Gedanenſes, teſte Reinoldo Kuricke *ad art. 4. mox allegandum pag. 190.* cæterum jure

civili

civili R. diſtinctio adhibenda eſt, ut ſi in conflictu fortè prædones merces alicujus abſtulerint, iſque numerato pretio redemerit eas, nulla quidem contributio debeatur. *l. 2. §. ſi navis. 3. ff. de lege Rhodia de jactu.* Hic enim rem ſuam tantum egit, non communem: & nec voluntate aliorum amiſit, nec ipſe volens. Accurſius *in verb. Conferendum.* Antonius Mornacius, Jacobus Cujacius *ad d. §.* P. Gregorius Tholoſanus *Syntagmatis lib. 29. cap. 10. n. 19.* Jus maritimum Hanſeaticum *tit. 8. art. 4.* Jus Lubecenſe *lib. 6. tit. 5. art. 1.* Jus Pruthenicum *lib. 4. tit. 19. art. 5. §. 1.* Sed ſi navis cum ſuo onere, cum mercibus vectorum & mercatorum omnium, a piratis redemta ſit, eo caſu illi, qui merces ſuas ſalvas habent, ad contributionem vocentur, & portionem damni præſtare cogantur. *eod. §. ſi navis. 3.* Accurſius *in verb. ſi navis.* Petrus Peckius *n. 1.* reverendus Præceptor D. Cyprianus Regneri *in diſputatione*, Simon a Groenwegen *ad d.* §. Conſolato del mare. *cap. 227. & ſeq.* Statuta Hamburgenſia *part. 2. tit. 19. art. 1.* Johannes Marquardus *de jure mercatorum lib. 3. cap. 4. n. 38.* Idem dicendum, ſi Princeps manum in navem injecerit, dataque pecunia redemta fuerit: ut &, ſi, quum Præſes provinciæ merces inferri prohibitas fiſco vindicare vellet, magiſter partem indicaverit, quo ulteriorem inquiſitionem effugeret, cæteraſque merces dominis conſervaret. Paulus de Caſtro *ad l. 1. ff. h. t. n. 5.* Benevenutus Stracha *de nautis part. 5. ſect. Sed nec eſt. n. 1.* Antonius Matthæus *ff. h. t. th. 8.* Incurrit & illa quæſtio: cum a piratis magiſter cum cæteris vectoribus captus eſſet, omneſque ea conditione dimiſſi, ut redemtionis pretium afferrent, pro quo magiſter interim captivus maneret, ea tamen lege ut niſi pecuniam intuliſſent, magiſter pro omnibus redemtionem exſolveret: ſi magiſter pro reliquis etiam fidem datam inſuper habentibus pecuniam ſolviſſet, æquum erit, Prætorem in eos reddere judicium, id eſt actionem ne-

ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

riam, ut ut tempore pacis, indeque violenter diripiat varia mercium genera, an earum in contributione ratio habenda ſit? eſt receptum, eoque jure utimur, ut ſi hoſtis aut prædo propria authoritate prædictas merces arripiat, nullo habito reſpectu obtuituve cujus ſint, quove poſita loco, illarum nomine contributio non debeatur, ſed ſuum quiſque ferat detrimentum, *l. 2. §. ſi navis. D. ad l. Rhod.* quippe quod voluntarium non ſit, *ut not. gloſſ. ibidem.* Sed ſi magiſter hoſtem inducat, ut his potius, illiſve rebus contentus, cæteris abſtineat, eo caſu ablatorum jactura collationis conſortio ſarcienda ſit: quum illius demonſtrationis & x perſuaſionis remedio reliquæ merces ſint con-

DE VICQ.

negotiorum geſtorum, ut recipiat pretium redemtionis, quod pro iis perſolvit. *l. Nam & Servius. 21. ff. de negotiis geſtis.* Jac. Cujacius *ad d. l. operum poſthumorum tom. 2. pag. m.* 139. Joannes Loccenius *de jure maritimo lib. 2. cap. 3. §. 3.*

VAN LEEUWEN.

x Perſuaſionis) Totum contributionis fundamentum in eo conſiſtit, & pro regula eſt, commune detrimentum fieri eorum, qui, propter amiſſas res aliorum, conſecuti ſunt, ut ſuas ſalvas haberent. *arg. l. 2. in fin. pr. & §. 2. in fin. D. ad. l. Rh.*

conſervatæ, & præſumendum ſit magiſtrum levius damnum mercatoris præ graviori elegiſſe. accedit, quod merces in parte navis ſuperiore collocatæ hujuſmodi direptioni obnoxiæ ſunt, quemadmodum quæ in imo navis poſitæ, effluxioni propter onus impoſitum, pluraque alia infortunia. quum autem effluxio non faciat locum avariæ, ſed quiſque ſuum damnum ſuſtinere debeat, ideo nec hujuſmodi direptionis ratio habetur: eo magis, quod merces in ſuperiore navis parte collocatæ gaudeant diverſis prærogativis, atque inter cæteras quod citius exonerari, venum exponi & vendi poſſint, cum reliquas ſæpius magno cum mercatoris incommodo diu in navi manere oporteat.

XV. Conſequens eſt prædictis, ut neceſſario avariæ groſſæ imputandum ſit, quod

VAN LEEUWEN.

Zoes. ibid. num. 6. ita ut ſemper inſpiciendum ſit, an damnum omnium cauſa datum ſit, & an eorum interſit, cum quæritur, an contributioni ſit locus. Quo percepto non erit difficile de quæſtionibus quæ hic incidunt judicare. ut recte notat *Strach. tract. de Nav. part. 2. num. 19.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

quod magiſter dedit vel promiſit prædoni, ut navem una cum mercibus ʒ redimeret. *d. l. 2. §. ſi navis.* quod verò prædones abſtulerint, quemadmodum ſupra dictum eſt, non veniat in avariam, ſed perdat is cujus fuerat. *d. §. ſi navis. verſic.* [a] *quod vero prædones.* Igitur ſi magiſter captus à piratis navem redimat promiſſa pecuniæ ſumma, pro qua ipſe maneat captivus, liberandus erit ab omnibus mercatoribus, pro rata & æſtimatione mercium cujuſque, atque ipſius quoque navis. *d. §. ſi navis.* Sed nec ab hac contributione pecunia numerata immunis & exemta foret, quoniam magiſter ſciens ſe nummos quoque vehere, tanto carius navem redemit.

XVI. Ulterius obſervatum ſcio anno 1545.

VAN LEEUWEN.

ʒ Redimeret.) Unde ſequitur, in tributum venire non tantum detrimentum, quod propter jacturam ſecutum eſt, ſed quicquid factum eſt navis merciumque conſervandarum gratia.

a Verſic. quod vero prædones.) Ratio eſt, quia illud non fit reliquarum mercium conſervandarum gratia. Adde quod hujuſmodi damnum non ſit voluntarium, ſed caſui fortuito adſcribendum, quod ab aliis ſarciri non debet, ſed ſuum quemque ſequitur. Ut recte notat *Accurs. ad dict. §. ſi navis.*

1545. quum [16] non obſtante pace mutua inter Cæſaream Majeſtatem & Regem Galliarum inita, navis præſidiaria Gallorum, in perniciem Anglorum inſtructa, one-

DE VICQ.

[16] Non obſtante pace) Uſque adeo inter arma ſilent leges, &

Nulla fides pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur.

Τοσοῦτος μὲν δὴ καὶ τῶν στάσεων καὶ τῶν πολέμων παράλογός ἐστι, δίκῃ μὲν οὐδὲν τῶν τὰ πράγματα ἐχόντων νομιζόντων, πρὸς δὲ δὴ τάς τε ἀεὶ χρείας καὶ τὰ συμφέροντα σφῶν, τότε φίλιον καὶ τὸ πολέμιον ἐξεταζόντων. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς αὐτοὺς, ποτὲ μὲν ἐχθροὺς, ποτὲ δὲ ἐπιτηδείους σφίσι πρὸς τὸν καιρὸν ἡγουμένων. *Adeo in ſeditionibus & bellis omnia præter rationem eveniunt, ubi non jure, ſed utilitate ſua ac neceſſitate amicos inimicoſque ſuos ii, qui rerum potiuntur, æſtimant: ac pro opportunitate temporis eoſdem & hoſtes, & neceſſarios ſuos judicant.* Dion Caſſius *Hiſtoriæ R. lib.* 48. *pag.* 374. & meritò igitur Præfecti navium, quibus DD. Ordines Generales poteſtatem faciunt prædarum ex hoſte agendarum, datis idoneis fidejuſſoribus in concilio Admiralitatis utiliter cavere debent, nullis civibus aut amicorum populorum ſubditis damnum ſe illaturos. Commentariolus *de ſtatu Fœderati Belgii Provinciarum cap.* 3. *n.* 15. neque novum eſt, ut fœdus icturi ad hujuſmodi cautionis exactionem ſe mutuò obligent. Tractatus mutui commercii inter Henricum Regem Angliæ, & Philippum Ducem Burgundiæ *anno* CIↃCCCCXCV. 24. *Februar. art.* 17. inter Regem Galliarum, Ordineſque Generales, 27. *April.* 1662. *art.* 38. inter eoſdem & Rempublicam Angliæ, 5. *April.* 1654. *art.* 25: & $\frac{4}{14}$. *Septembr.* 1662. *art.* 14 ac denique *ann.* 1667. 31. *Julii art.* 23. atque eo caſu ſi alterius ſubditi, remiſſa forte cautione, ſubditos alterius ſpoliaverint aut damnificaverint, tunc per eundem ſic licentiantem plena

onerariam navem Ziriczeënſem adoriretur, vela demittere jubens, illa verò id recuſante, tormentis hinc inde exploſis, vulnerati quidam, & occiſi quam plurimi in nave oneraria reperirentur, ut damna vul-

DE VICQ.

plena ſatisfactio fiet partibus ſic damnificatis. verba ſunt *d. art.* 17. Citra hujuſmodi vinculum cautionem exigere Magiſtratus non tenetur. Hinc quum Ordines Generales poteſtatem prædarum in mari ex hoſte agendarum per codicillos plurimis dediſſent, & eorum nonnulli res amicorum rapuiſſent, deſertaque patria mari vagarentur, ac ne revocati quidem domum redirent, quærebatur, an rectores eo nomine tenerentur: aut quod malorum hominum uſi eſſent opera, aut quod cautionem non exegiſſent. Reſponſum eſt, eos in nihil amplius teneri, quam ut noxios, ſi reperiri poſſent, punirent aut dederent: præterea in bona raptorum jus reddi curarent. Sed hæc pluribus alibi perſecuti ſumus. Vide Hugonem Grotium *de jure belli & pacis lib. 2. c. 17.* §. 20. Reſponſa JCtorum Batavorum *part. 5. conſil.* 1. Quemadmodum autem Ziriczeënſes tum temporis negarunt, ſe vela vel apluſtre demiſſuros, (*dat ſy ſouden ſtrijcken*, ſic ſonant verba Quintini) ita non multis annis poſt Philippus II. Hiſpaniarum Rex edicto diſerte cavit, ne quis ſubditorum in mari naves aliorum habens obvias, vel portui ſe inſinuans, aut propugnacula, arces, aliave loca munita amicorum fœderatorumve prætervehens, loco moveret, aut demitteret apluſtre, Regis arma ſive inſignia præ ſe ferens. cæterùm ſigna ſalutationis & amicitiæ exhibere permiſit ſubmiſſione inſignium loci aut civitatis, in qua exercitores degebant,

vulneratorum & mutilatorum navis & mercium contributione per modum avariæ groſſæ reficerentur : iſtud eſt contra text. in *l. 2. §. Cum in eadem nave. D. ad l. Rhod.* Sed & perſonarum occiſarum, unaque earundem ſepulturæ, in viduarum hæredumve commodum, æſtimatio facta, arbitrio & opinione bonorum virorum

DE VICQ.

vel ſummi veli, aliove modo, qui navigantibus opportunus videretur. Quod ſi verò exteri Regium apluſtre demittere recuſantibus vim intentaſſent, eam vi repellere pro re nata licebat. Placitum *ult. Octobr.* 1563. *van toerustinge van ſchepen. art.* 23. Auctor tractatus MS. *des ſaluts de mer, art.* 8. Intolerabilius eſt Anglorum ſupercilium. Siquidem Angliæ Rex Joannes anno Chriſti MCC. ex Procerum aſſenſu, ſancivit, ſi Præfectus Regiæ claſſis in expeditionibus navalibus obvias habuerit in mari naves qualeſcunque, quæ vela ſua, juſſu ſive Præfecti Regii ſive Admiralli ejuſve legati, demittere noluerint, & naves eorum & bona, velut hoſtium, fiſco applicanda. Perduellio habita eſt, ſi navis qualiſcunque, velorum demiſſione imperium Angli in ſuo mari non agnoviſſet. Joannes Seldenus *de dominio maris lib.* 2. *cap.* 26. *pag. m.* 215. Aliis tamen contra juſtitiam & æquitatem eſſe videtur, ſub capturæ navis periculo velorum ſubmiſſionem extraneis imperare velle, Ludovico Servino *in Placit. tom.* 2. *placit.* 11. Joh. Marquardo *de jure mercatorum lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 45. Sed ne ſemper in incerto res eſſet, ſub certi pacti modo definiri ſolet. Ita quum inter Regem Galliarum, atque Ordines Generales

DE VICQ.

rales anno 1635. 8. Februarii placuiſſet, ut tutando Oceano Germanico & Britannico freto partium unaquæque naves quindecim ad belli uſum inſtructas haberet, ſimul conventum eſt, ut ſi illæ claſſes ſibi mutuo obviæ fierent, Archithalaſſus Ordinum apluſtre de majori malo demitteret, tormentiſque diſploſis ſalutaret Gallorum claſſi Præfectum: qui & tum reſpondere neceſſe haberet, quemadmodum antea temporis idem ab Archicuberno ex claſſe Britannica factitatum erat. *Handelinge van verbondt ende alliantie tuſſchen den Coningh van Vranckrijck, en de Staten Generael art.* 12. Similiter Hanſeatici apluſtre demittere tenentur ſimulatque navem Gallicam præſidiariam appropinquare cognoverint; aut tormenti, ſed ſolo pulvere inſtructi, diſploſione commonefacti fuerint. *Zee-tractaet tuſſchen den Coningh van Vranckrijck ende de Hanſee-ſteden, anno* 1655. 10. *Maj. art.* 7. Sed & ſæpius conventum eſt, ut ſi naves Fœderatarum Belgii Provinciarum, non minus ad bellum & hoſtilem vim repellandam inſtructæ, quam aliæ quævis, præſidiariis Anglorum navibus in Britannico mari occurrant, apluſtre de ſummo malo demittere & vela deducere teneantur, quemadmodum ab ævo uſurpatum & factitatum fuit: *Tractaet. van vrede,* 5. *April.* 1654. *art.* 13. *van Confœderatie ende vrientſchap,* $\frac{4}{14}$. *Septemb.* 1662. *art.* 10. *van vrede,* 31. *Julii,* 1667. *art.* 19. Rab. Herm. Schelius *de cauſis belli Anglici primi. pag. m.* 29. *& ſeq.* Verum enimvero quamvis Angli id ſibi deberi contendant non in honorem ſolùm, ſed & in recognitionem imperii & dominii, quod ſcilicet in toto fere mari habent & exercent, Ordines tamen Generales, ut ut profeſſi, nihil ſeſe honori Anglis aliàs delato derogatum velle, quicquid eſt quod hic prætendant dominii, agnoſcere omnino renuerunt. *Manifeſt vande Republijcke van Engelandt,* 28. *Julii,* 1652. *Declaratie van de Staten Generael,* 2. *Auguſt.* 1652. Illud inquirere, cum mundus

dus ſit *σύστημα τῆς γῆς καὶ θαλάσσης*, Imperator autem mundi dominus, *l.* Αξίωσις. 9. *ff. de lege Rhodia de jactu.* an Pontus quoque ſerviat illi, an verò ipſa vaſti maris natura dominio & proprietati repugnet, neque leges ſibi compedesve imponi ſinat, nec hujus loci eſt, neque hujus temporis: videri poterunt, Jani tam Cluſivii, quam Patulcii Hugo Grotius *de mari libero cap.* 1. 8. 12. *de jure belli & pacis lib.* 2. *cap.* 3. §. 8. *& ſeqq. hiſtoriarum de rebus Belgicis lib.* 17. *ad annum* 1608. Joh. Iſac. Pontanus *diſcuſſionum hiſtoricarum lib.* 2. Arnoldus Vinnius *ad* §. *Et quidem.* 1. *Inſt. de rerum diviſione, &c. n.* 1. *& ſeq.* Jo. Seldenus *Maris clauſi lib.* 1. Albericus Gentilis *advocationis Hiſpanicæ lib.* 1. *cap.* 8. *lectionis Virgilianæ cap.* 8. *pag. m.* 68. Bartholomæus Cæpolla *de ſervitutibus ruſticorum prædiorum cap.* 26. *n.* 4. *& ſeqq.* Julius Pacius *de dominio maris Hadriatici.* Chriſtophorus Beſoldus *de jure rerum cap.* 1. *n.* 7. *& ſeqq.* Jacobus Gothofredus *ad l.* 9. *de lege Rhodia, cap.* 7. Thomas Rivius *hiſtoriæ navalis mediæ lib.* 3. *cap.* 37. *& ſeq.* ut ut ſit, Iſocrates certè oratione de pace *pag. m.* 341. coram ſuis Athenienſibus aſſerere non dubitavit, dominium maris eſſe *ἁπάντων τῶν κακῶν αἰτίαν, ὧν*, inquit, *αὐτοί τε ἔχομεν, καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχομεν, omnium malorum quæ & ipſi ferimus, & aliis inferimus, cauſam*: atque in eadem oratione negat vel ultro oblatum maris imperium accipiendum fore, quippe quod Iliada malorum in Rempublicam inducat, & quod ſi concupiſcere deſtitiſſent Athenienſes, tranquilliorem rempublicam eorum, & ipſos meliores futuros, & incrementa rerum ſuarum viſuros fuiſſe, quod an in adverſarios quadret, non dicam, neque vulnerum cicatrices, utinam ſat duro callo obductas, refricabo: nam & animus meminiſſe horret, luctuque refugit. Cæterùm ſi titulus, quo dominium maris uſurpant, non alibi inveniatur, quam in tergo Donationis Conſtantini Magni, juxta Venetorum Oratoris ad Pontifi-

cem

DE VICQ.

cem reſponſum; Antonius Matthæus *extraordinar. diſputat.* 10. *th.* 13. Th. Rivius *d. lib.* 3. *cap.* 36. *pag. m.* 281, utique redacta in pulverem pagina, jus ſimul privilegii in pulverem abiit. Laurentius Valla *de ementita Conſtantini Magni donatione. pag. m.* 73. Quæ porro in textu habet Quintinus confirmari atque illuſtrari poterunt Statutis Friſiæ *lib.* 1. *tit.* 21. *art.* 2. Jure Danico *cap.* 20. Statutis Hamburgenſibus *part.* 2. *tit.* 14. *art.* 42. Jure maritimo Hanſeatico *tit.* 14. *art.* 3. adde H. Grotium *manuductionis ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 22. *n.* 4. Gerard van Waſſenaer *Praxis Notariorum cap.* 8. §. 14. Armamenta tamen navis in conflictu fracta vel deuſta collationi locum non faciunt, ſed nauclero & exercitoribus imputantur, uti viſum judicibus Gedanenſibus, notante Reinoldo Kuricke *ad d. art.* 3. Sed quemadmodum Athenienſes mutilatos in bello publicis ſumtibus alebant, extra quam ſi illis divitiæ domi ſuppeterent; Leges Atticæ *lib.* 8. *tit.* 3. *pag. m.* 54. Samuel Petitus *ad d. l. pag.* 558. Plutarchus *in Solone. pag. m.* 96. Suidas *in verb.* Ἀδύνατοι, ita & hodie in conflictu mutilatis, incurabilibus, qui victum amplius quærere non poſſunt, collationis conſortio honeſtè proſpici ſolet. Jus Hanſeaticum *d. art.* H. Grotius, G. Waſſenaer *dd. ll.* Supereſt ἐναντιοφανὲς, quod altiorem indaginem mereri videtur. Alibi enim Philippus II. *tit. van Schipluyden en hare officien. art.* 17. diſertè cavit, ut hæredes illorum, qui mortem naturalem, aut violentam, *ſijn natuerlijcke doodt, ofte in dienſt ende defenſie van den Schepe*, obierunt, funeris impenſam præſtare debeant. Sed & illis demum, ſive illorum hæredibus plenam mercedem, & vectibilia conceſſit, qui in reditu occubuerunt: iis verò qui in itu non niſi ſemiſſem. adde Statuta Friſiæ *lib.* 1. *tit.* 20. *art.* 17. H. Grotium *manuductionis lib.* 3. *part.* 20. *n.* 57. Quid ad hæc dicemus? Reſpondet Taco van Glins *ad tit. van Schipbreeckinge*, *&c. art.* 2. *in verb. Indien de Schipper. d. art.* 17. referri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

rum ejus rei peritorum: videlicet quia propter damnum hujuſmodi, navis cum mercibus ſalva evaſiſſet. quod quum poſtea Majeſtati Cæſareæ juris rationi conſonans videretur, anno 1551. die 19. Julii lata lege idem [b] ſancivit, nimirum art. 28. juris maritimi.

XVII. Por-

DE VICQ.

quid juris ſit, quidve hæredes nautæ defuncti in judicio obtinere poſſent: articulum verò ſecundum loqui de eo caſu, quo nautæ pro fideli opera, cum ne vitæ quidem pepercerit, funeris ſumtus donati ſunt, ut ſcilicet tum vectoribus & mercatoribus, ac domino quoque navis pro portione imputari debant. quæ tametſi non ſatisfaciunt, nihil enim de diſtinctione loquitur, qua nunc plena merces, nunc verò ſemis tantum peti poteſt, ſequenda tamen videntur, donec meliora invenerimus. Mihi ſanè nimium feſtinanti nihil impræſentiarum occurrit, quod in medium afferre poſſim: quapropter ἀσύμβολος abeo. utinam verò omnium, quæ a majoribus conſtituta ſunt, ratio reddi poſſet.

VAN LEEUWEN.

b Sancivit,) Sed & Rex Philippus II. *ult. Octobr.* 1563. *tit. van Schipbr. art.* 2. edicto præcepit, ut ſi quis in navis miniſterio aut conflictu cum hoſtibus vel piratis læſus, vulneratus, mutilatus, debilitatus, aut etiam occiſus fuerit, hujus detrimenti reparatio una cum plena mercede, vectibilibus, ſumtibuſque ſepulturæ computetur per modum havariæ groſſæ, ut & dominus navis pro portione obligatus ſit, idque arbitrio bonorum virorum. atque illud quidem convenit cum art. 35. Juris maritimi vete-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

XVII. Porro quæritur, navis onuſta ex Occidente appellens Sluſam, vel in alium quem portum, quum 17 intrare flumen vel portum non auderet pleno cum onere,

VAN LEEUWEN.

veterum civitatum Hanſeaticarum. Vide porro *Grot. manud. lib. 3. tit. 20. circa fin. vers. Een Schips-geſel, & ibi notat.* Dolorum & deformationis corporis (quamvis prop. pecunia ſarciri nequeant, & juri Romano id non conveniat, *l. 3. D. ſi quadrup. & l. ult. D. de his qui effud. vel dejec.*) apud nos etiam fit æſtimatio, ſi quando id petitur. *Grot. manud. lib. 3. part. 34.*

DE VICQ.

17 Intrare portum) Magna navigia portibus ſe gravatim inſinuant. Petronius Arbiter *in Satyrico. pag. m.* 117. Si igitur, dum navis cum onere flumen aut portum ſubire nequeat, neceſſariò, (nam ſi extra neceſſitatem tenebitur ipſe nauta. *l. ſi vehenda. 10. §. Si ea conditione. 1. ff. de lege Rhodia de jactu. l. Item quæritur. 13. §. Si navicularius. 1. ff. locati, conducti.* Conſtantinus Harmenopulus *προχείρου τῶν νόμων lib. 2. tit. 11. §. 22.* P. Gregorius Tholoſanus *Syntagmatis juris univerſi lib. 29. cap. 10. n. 10*) unius mercatoris merces transjectæ ſint in ſcapham, (quod extendi poteſt ad id navigii genus, quod in idiotiſmo *Lichter* appellamus. Hugo Grotius *iſagoges ad jus Hollandicum lib. 3. part. 29. n. 23.* Arnoldus Vinnius *ad l. Navis onuſtæ. 4. pr. h. t. lit. a.* tametſi de eo in Patria Urbe aliquando dubitatum a mercatoribus quibuſdam accepi.) eaque ſubmerſa ſit ſalva nave, perinde ac ſi jactura mercium illius mercatoris facta fuiſſet, cujus merces in ſcapham transjectæ ſunt, ac poſtea ſubmerſæ, cæteros pro rato conferre oportet. Julius

onere, trajicit quaſdam merces in barcas ſive ſcaphas, illæ autem cum barcis ſummerſæ ſunt vel corruptæ: quæritur, inquam, an reliquæ merces, quæ in navi manſerunt, ſint obnoxiæ collationi, ut detrimentum pro portione communicetur? textus in *l. Navis onuſtæ. D. ad l. Rhod.* definit, rationem haberi debere inter eos, qui in nave merces ſalvas habent, cum iis, qui in ſcapha perdiderunt, ε proinde tanquam ſi jactura facta eſſet. nam quum magiſter communium mercium ſervandarum cauſa navem levarit, merceſque in ſcapham trajectas periculo & diſcrimini expoſuerit, eæque poſtea ſummerſæ aut corruptæ ſint, utique ratio facit

DE VICQ.

Julius Paulus *receptarum ſententiarum lib. 2. tit. 7. §. 4. l. Navis onuſtæ. 4. pr. h. t.* quam legem mercatores non ignorent: verba ſunt Benevenuti Strachæ *de navibus part. 2. n. 19. Zee-rechten van Weſt-Capelle art. 4.* H. Grotius *d. l.* Frequens autem noſtris poteſt eſſe hujus reſponſi uſus, tum propter alia, tum præcipuè propter notiſſimum illud vadum, quod vulgò *Pamphuys* vocitant.

VAN LEEUWEN.

ε Proinde tanquam) *Ordonn. van Keyſer Karel. op de Zee-recht. art. 50. Dict. tit. van Schipbr. art. 10. Wisbuyſche Zee-recht. art. 55. 56.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

facit, ut communi contributione eorum, quibus iſto remedio conſultum eſt, damnum datum ſarciri debeat. *l. 2. §. æquiſſimum. D. ad l. Rhod.* maxime ſi transjectio iſta facta ſit non obluctante aut invito mercatore, & quo debuit tempore, inque navem idoneam, ut expreſſe not. text. in *l. Item quæritur. §. ſi navicularius. D. locat.* d alias enim mercator haberet ex locato actionem cum naviculario. *d. §. ſi navicularius. vers. cæterum.* Sed damnum duntaxat mercium in ſcapham immiſſarum collationis conſortio ſarcitur, non etiam ipſius navis ſive barcæ, in quam trajectæ ſunt: quod detrimentum e dominus barcæ vel ſcaphæ ferre debet.

XVIII. Unde animadvertendum eſt, non tantum rationem haberi ejus, quod cædi-

VAN LEEUWEN.

d Alias enim) Adde *dict. art. 50. van de Ordonn. van Keyſer Karel.*

e Dominus barcæ) Qui pro hoc periculo mercedem ſtipulatus eſt. arg. *l. Ex conducto. 15. §. 1. D. locat.* vide Peck. *ad l. 2. §. 1. D. ad l. Rhod.* illius autem mercedis beſſem pendet nauta, trientem domini mercium. *Grot. manud. lib. 3. tit. 29. vers. een ſchip, in medio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

cæditur aut dejicitur, ſed 18 quodcunque fit, pro conſervatione navis mercimoniorumque, & quo omiſſo navis cum mercibus in periculum incurrere potuiſſet, ut in caſu *f* memorato.

XIX. Con-

VAN LEEUWEN.

f Memorato.) Arg. *l.* 2. *in fin. pr.* & §. 2. *in fin.* Vide Arnold. Vinn. *in addit. ad Peck. de re naut. l.* 2. §. 1. *D. eod. litera A. in fin.*

DE VICQ.

18 Quodcunque fit,) Tantum ſententiæ ac rationi legis Rhodiæ tributum, ut tantùm non ad quoſvis caſus, qui modo ſimile quippiam videntur habere, DD. eam producant. Vide Baldum *ad l.* 1. *l.* 2. *h.t.* Antonium Mornacium *ad l.* 4. *eod.* Gaſparem Klockium *de contributione cap.* 17. *n.* 286. & *ſeqq.* B. Stracham *de nautis part.* 5. *ſect. Sed nec eſt. n.* 2. Joſ. Gibalinum *de univerſa rerum humanarum negotiatione. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *art.* 9. *n.* 18. Henric. Hahnium *ad M. Weſembecium ff. h. t. n.* 1. Unus eſt, de quo meritò dubitari poteſt, videlicet, ſi domus alicujus incendii arcendi cauſa, ne longius evagetur, demolita fuerit, id quod damni datum eſt, an collatione eorum, ad quos veriſimiliter incendium perventurum fuiſſet, debeat ſarciri. Etenim haud deëſt ratio diverſitatis: quippe mercium jactarum non erat præſentius periculum, quam quæ in navi remanſerunt, domus verò incendio proxima utique magis periclitatur, quam quæ longius ab eo remotæ; ut adeo collationis æquitas non obtineat, niſi cum ignis ad ædes dirutas non pervenerit, vel facile potuerit exſtingui, neque plus ex ruinâ, quam ex incendio ædium dominus ſervaturus fuerit, arg. *l. ſi alius.* 7. §. *Eſt* & *alia.* 4. *ff. Quod vi aut clam.*

Bar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

XIX. Contra ſi merces trajectæ in prædictas barcas vel ſcaphas ſalvæ ſunt, navis cum bonis mercibuſque reliquis depreſſa, quæritur an hoc caſu contributioni locus? Reſponſum eſt in *d. l. navis onuſtæ. §. contra ſi ſcapha. D. ad l. Rhod.* rationem eorum [19] non haberi: quoniam æquitatem contributionis tum demum admit-

DE VICQ.

Bartolus *ad d.* §. Albericus, Paulus de Caſtro *ad l.* 1. *h. t. n.* 4. Jacobus Cujacius *ad l.* 2. *pr. eod.* Jodocus Damhouder. *Praxis civilis cap.* 14. Jo. Bernardus Diazius *regul. Incendii.* 331. Bertrandus Argentræus *ad conſuetudines Britanniæ tit. ult. art.* 600. Diodorus Tuldenus *C. de lege Aquilia. n.* 3. Hieronymus Treutlerus *d. t. th.* 8. *lit. b.* Antonius Matthæus *h. t. th.* 23. Joh. Jac. Wiſſenbach *h. t. th.* 6. Joh. Brunnemannus *ad l.* 1. *ff. h. t. n.* 3. Diſſentiunt Baldus, Fulgoſius *ad. l.* 2. *h. t. n* 2. Proſper Farinacius *quæſtion. criminal.* 110. *n.* 151. *& ſeq.* Andreas Gaill *practicarum obſervationum lib.* 2. *cap.* 22. Stephanus Gratianus *diſceptationum forenſium tom.* 2. *cap.* 354. *n.* 38. *& ſeqq.* Reinhardus Bachovius *ad H. Treutlerum d. l.* Paulus Buſius *ad l.* 49. §. 1. *ff. ad l. Aquiliam.* Antonius Perezius *C. d. t. n.* 7. Joannes a Sande *deciſionum Friſicarum lib.* 5. *tit.* 6. *definit.* 3. Petrus Peckius, Arnoldus Vinnius *ad. l.* 1. *h. t. lit. b.*

19 Non haberi:) In totum ceſſat contributio, quamvis, cum navis perierit, ſcapha, in quam ante levandæ navis cauſa merces trajectæ, ſit incolumis: quia jactus in tributum nave ſalva venit. *l. Navis levandæ.* 4. *pr. ff. h. t.* Julius Paulus *receptarum ſententia-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

ſententiarum lib. 2. *tit.* 7. §. 4. Conſolato del mare *cap.* 194. Jus Danicum *cap.* 70. Statuta Hamburgenſia *part.* 2. *tit.* 16. *art.* 9. Simon Groenewegen *ad H. Grot. manud. lib.* 3. *part.* 29. *n.* 23. Æquitatem contributionis tunc admitti placuit, ſi vexatam fluctibus navem jactura defendit, verba ſunt *l.* 4. *C. Theodos. de naufragiis.* cæterùm ſi navis fluctibus quaſſata ſubmerſa fuerit, non jam amplius locus contributioni: ſiquidem cum depreſſa navis aut dejecta eſt, quod quiſque ex ea ſuum ſervavit, ſibi ſervat, tanquam ex incendio, neque amiſſæ navis damnum collationis conſortio ſarcitur per eos, qui merces ſuas naufragio liberaverunt. *l. Amiſſæ.* 5. *l. Cum depreſſa.* 7. *ff. h. t.* Baſilicῶν *lib.* 53. *tit.* 3. *cap.* 5. *cap.* 7. Sed hoc non eſt perpetuum. Quid enim, ſi nave vado implicitâ, magiſter, cum jactus remedio eam poſſet ſervare, nihilominus maluerit ſervare merces, atque ita navis perierit? An non eo caſu, quemadmodum, jactis mercibus, collationi ſubjaceret navis, *l.* 2. §. *Cum in eadem.* 2. *ff. eod.* ſic eâ fractâ contribuere debent ii, quorum merces ſunt incolumes? Utique hic navis periit, ut merces ſalvarentur. Cur igitur non erit æquiſſimum pro rata conferre eos, quibus in communi periculo remedio tam ſalutari conſultum eſt? *d. l.* 2. *pr. l.* 5. *cod.* Reſponſa JCtorum Batavorum *part.* 2. *conſil.* 153. Ex his, opinor, jam liquet, cui adjudicanda ſunt bona naufragorum, vel per urinatores extracta, vel ad littus expulſa, vel quoquo modo recuperata. Videlicet non inventori, neque etiam fiſco, cujus alias mala cauſa nunquam eſt, niſi ſub bono Principe. C. Plinius Secundus *in panegyrico ad Trajanum. pag. m.* 65. Le Maiſtre *plaidoy.* 5. *pag. m.* 80. Sed domino, qui prius ea habuit, qui ἐὰν ἐκβληθῶσιν ἀπὸ τῆς θαλάσσης εἰς τὴν ξηρὰν, δύναται ἀνακαλεῖσθαι αὐτὰ, *Si maris æſtu in terram ejecta fuerint, poteſt ea vindicare.* Baſilicῶν *d. tit. cap.* 8. adde *l. Pomponius* 44. *ff. de acquirendo rerum dominio. l. Interdum.* 21. §. *Quod ex naufragio.* 1. *ff. de acquirenda.*

DE VICQ.

renda, vel amittenda poſſeßione. Conſtantinus Harmenopulus πρόχειρε τῶν νόμων *lib.* 2. *tit.* 11. §. 19. Petrus Ærodius *rerum judicatarum lib.*6. *tit.*4. *cap.* 7. Non igitur jam, quod volebant Palphurius & Armillatus delatores ſub Domitiano,

Quicquid conſpicuum, pulchrumque ex æquore toto eſt,
Res fiſci eſt ubicunque natat.

Junius Juvenalis *Satyr.* 4. *pag.m.*37. Cæterum de jure τῶν δημοσίων in *l.* Α'ξίωσις. 9. *ff. h. t.* id eſt, *publicanorum*, ut habet verſio vetus, quam probant Andreas Alciatus *diſpunctionum lib.* 2. *cap.* 5. Jacobus Cujacius *in Papiniano lib.* 19. *reſponſorum ad l. Cum arbor.* 3. *ff. eod.* Ludovicus Charondas, Hugo Grotius *in ſparſione florum ad d. l.* 9. vel ſervorum publicorum, uti vult Jacobus Gothofredus *ad eand. l.* 9. *cap.*4. *& ſeq.* quo Eudæmonem naufragum ſpoliarunt, certi nihil aut ſolidi definiri poteſt. Leges Rhodiæ, quas nos quidem habemus, tormentis ejuſmodi prædones ſubjici, damnumque in duplum ſarciri jubent. Jus navale Rhodiorum *cap.* 1. Interim illud certum eſt, naufragorum διαρπαγὴν, *deprædationem*, atrox ſemper crimen, facinus ἀνόσιον καὶ πονηρὸν habitum fuiſſe; imò & inter publica latrocinia cenſitum, ſi quis prædam ex naufragio, deque naufragis, quod genus ἀσύλητον rectè dixit antiquitas, reportaverit. *l. Quæ naufragium.* 3. §. *Labeo.* 2. *l. Pedius.* 4. *pr. &* §. 1. *l. Ne quid.* 7. *ff. de incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata.* nam & ad pœnam legis Juliæ de vi publica, & de vi privata redigitur, & videlicet ſpolians, omni honore quaſi infamis ex ſenatuſconſulto carebit, & Divus Pius reſcripſit, nullam vim nautis fieri debere, & ſi quis fecerit, ut ſeveriſſimè puniatur. *l. In eadem.* 3. §. *Item tenetur.* 3. *ff. ad legem Iuliam de vi publica. l.* 1. *pr. &* §. 1. 2. *ff. ad l. Iuliam de vi privata.* Antonius Matthæus *ff. lib.* 48. *tit.* 4. *cap.* 3. *n.* 1. *& ſeqq.* Laudandus igitur Hadrianus, qui malebat ampliari imperium hominum adjectione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

ſtione potius, quam pecuniarum copia. *l. Cum ratio.* 7. §. *Si plures.* 3. *ff. de bonis damnatorum.* Ut & Antoninus ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος, *Pius cognominatus*, ſive, *qui ex Pietate cognomentum habuit*, ut interpretatur Gregorius Haloander, *Nov.* 78. *cap.* 5. ejus per adoptionem filius. Julius Capitolinus *in Antonino Pio cap.* 4. Aurelius Victor *de Cæſaribus cap.* 14. Paulus Diaconus *hiſtoriæ miſcellæ lib.* 10. *cap.* 11. qui cum Patre reſcripſit, unicuique naufragium ſuum impune colligere licere. *l. Licere.* 12. *ff. de incendio, ruina, &c.* Quod enim, ut graviter idem Antoninus, (non Conſtantinus, tametſi in editis codicibus ejus nomen præfigitur. Vide Antonium Contium, Jacobum Cujacium, Ludovicum Charondam, Dionyſium Gothofredum, Arnoldum Vinnium *ad l.* 1. *C. de naufragiis. lib.* 11. *tit.* 5. Joannem Seldenum *de dominio maris lib.* 1. *cap.* 25. *pag. m.* 91. Joh. Iſac. Pontanum *diſcuſſionum hiſtoricarum lib.* 2. *cap.* 15.) jus habet fiſcus in aliena calamitate, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur? *d. l.* 1. Quid ergo dicendum de ea conſuetudine, qua

Quæſtus naufragio petitur, corpuſque profundo
Immiſſum pariter cum præda exquiritur ipſa?

Manilius *Aſtron. lib.* 5. Sanè, ſi quidem credimus Annæ Mommorantio, apud Joannem Bodinum *de Republica lib.* 1. *cap.* 10. *pag. m.* 171. dicendum erit, Ea quæ ad littus fuiſſent ejecta, gentium omnium jure ad Principes eorum pertinere. At verò, ſi audimus Cajetanum *in ſumma verb. Furtum.* nulla alia juſtitia id fiet, niſi qua (contra quam par eſt. *Can. Cum percuſſio.* 2. *caus.* 7. *quæſt.* 1. Jaſon Maynus *ad l. Ex facto.* 43. *ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitutione. n.* 30. *& ſeq.* Andreas Gaill *practicarum obſervationum lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 5. *& ſeq.* Petrus Broſſæus *ad l. Divus Marcus.* 14. *ff. de officio Præſidis.* Sim. Vaz Barboſa *in locis communibus lit. A. n.* 72.) afflictio additur afflicto. Guiljelmus A-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

meſius *de conſcientia. lib.* 5. *cap.* 41. *n.* 25. Quæ enim injuria eſt ſine ulla juſta cauſa ſuum cuiquam auferre? *l. ſi dominus.* 2. *ff.* §. *ſed hoc tempore.* 2. *Inſt. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt.* quæ iniquitas, crudelitas, barbaries, ultra naufragium velle deſævire, & illos ad diſpendia cogere, quibus inopem vitam probantur im mania elementa dediſſe? Caſſiodorus *variarum epiſtolarum lib.* 4. *ep.* 7. Μὴ ἔιη ποτὲ, ὦ Ζεῦ, λαβεῖν, μηδὲ κερδᾶναι κέρδος τοιοῦτον ἀπὸ ἀνθρώπων δυςυχίας. *Abſit, o Iupiter, ut lucrum captemus tale ex hominum infortunio.* Dion Pruſæënſis *oration.* 7. Hugo Grotius *de jure belli & pacis lib.* 2. *cap.* 7. §. 1. Jure igitur Fridericus II. obviam ivit id genus execrandæ rapacitati, & ferali prorſus ac corvino generi acquiſitionis, ſublata penitus omnium locorum conſuetudine contraria: ita quidem, ut tranſgreſſores bonorum publicatione multentur, & ſi res exegerit, eorum audacia, prout ei viſum fuerit, aliis modis compeſcatur. *Auth. Navigia. C. de furtis, & ſervo corrupto.* Quin & jura Canonica debita ſeveritate in odioſum hoc crimen inſurgunt, & eos, qui naufragium patientes, (quibus ſecundum regulam fidei auxilio eſſe tenentur, fac. *Leon. Novell.* 64. L. Annæus Seneca *de beneficiis lib.* 4. *cap.* 11. Tertullianus *in apologetico adverſus gentes cap.* 39. *pag. m.* 577. *& ſeq.*) damnata cupiditate ſpoliant rebus ſuis, niſi ablata reddiderint, ipſo jure excommunicatos volunt. *Cap. Excommunicationi.* 3. *extr. de raptoribus, incendiariis, & violatoribus eccleſiarum. lib.* 5. *tit.* 17. *Cap. Innovamus.* 2. *extr. de treuga & pace. lib.* 1. *tit.* 34. *Can. ſi quis Romipetas.* 23. *caus.* 24. *quæſt.* 3. Abbas Panormitanus *ad d. Cap. Excommunicationi.* 3. *n.* 1. Andr. Gaill *d. obſ.* 18. *n.* 3. Petrus Peckius *ad l. Pedius.* 4. §. *Divus.* 1. *ff. de incendio, ruina, naufragio, &c. n.* 2. Joannes Seldenus *de dominio maris lib.* 1. *cap.* 24. *pag. m.* 85. Arthur Duck *de authoritate juris Civilis lib.* 2. *cap.* 2. §. 18. Samuël de Lublino *in ſummula caſuum, part.* 1. *verb. Bulla*

DE VICQ.

cœnæ. cas. 4. Ut mirum ſit, crudele illud genus compendii, quod non minus iniquum eſt, quam ipſa iniquitas, conſenſu pene orbis totius provinciarum, & regnorum obtinuiſſe. Tam latè regnat inclementia animi! qua de multorum juſtiſſima querela eſt. Vide D. Eraſmum R. *in Principis Chriſtiani inſtitutione. pag. m.* 178. *& ſeq.* Bertrandum Argentræum *ad conſuetudines Britanniæ. tit.* 2. *art.* 56. *not.* 1. *n.* 44. Gryphiandrum *de inſulis cap.* 31. *n.* 118. Arniſæum *de jure majeſtatis lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 19. Chriſtophorum Beſoldum *de jurib. majeſtatis politicis cap.* 7. *n.* 7. *& de jure & diviſione rerum cap.* 1. *n.* 7. Paulum Chriſtinæum *vol.* 5. *decis.* 64. *n.* 4. Guil. Ameſium *d. cap.* 41 *n.* 23. *& ſeqq.* Joan Heemskerk *Bataviſche Arcadia. pag.* 288. *& ſeqq.* Henr. Zoeſium *ad l. Rhodiam de jactu. n.* 11. *& ſeq.* Arnoldum Vinnium *ad* §. *ult. Inſt. de rerum diviſione, &c. n.* 5. Interim mirum eſt, quantopere hic varient gentium mores. atque illi ſanè meritiſſimò è mari nati, Neptuni ſive maris filii, (ut eſt in proverbio, Vetus Scholiaſtes, qui ſub Didymi nomine editus eſt, judice Ægidio Menagio *amœnitatum juris civilis cap.* 33. *pag.* 133. Tanaquillo Fabro *dans ſes vies des anciens Poëtes Grecs part.* 1. *pag.* 7. *ad Homeri Iliad.* 11. *vers.* 34.) dicendi ſunt, Tauri ſcilicet, qui Virgini Iphigeniæ, Agamemnonis filiæ, naufragos immolabant. Herodotus *in Melpomene lib.* 4. *cap.* 103. quibus adde paulo mitiores Stadenſes, & Rheni, aliorumque Germaniæ amnium accolas, qui olim contra fas juſque navigia in ripas impacta, unà cum mercibus impoſitis diripiebant, & in corpora naufragorum jus ſibi uſurpabant, ipſo etiam nauta in periculum capitis tracto. Jo. Sichardus *in Auth. Navigia. C de ſurtis, &c. n.* 2. Chriſtophorus Beſoldus *de jure & diviſione rerum cap.* 1. *n.* 7. Reinoldus Kuricke *ad jus maritimum Hanſeaticum tit.* 9. *ad rubr. pag.* 205. *& ſeq.* Alii, minus barbari ſcilicet, bona tantum, & miſerandas naufragii reliquias fiſco addicunt, eamque crudelitatem,

tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

tum in cives, tum in peregrinos exequuntur. quales olim ſe geſſerunt Reges Daniæ, Duces Holſatiæ, Comites Oldenburgici & Emdani. Et quod hodienum uſurpare dicuntur Britannia Aremorica, & cætera litora Gallica, ſed & Anglia, Romania, Sicilia, & Neapolis, Joannes Faber *ad* §. *qua ratione. Inſt. de rerum diviſione, &c. n.* 2. Gryphiander *de inſulis cap.* 31. *n.* 112. B. Argentræus *ad conſuetudines Britanniæ, tit.* 2. *art.* 56. *not.* 1. *n.* 45. P. Rebuffus *ad conſtitutiones Regias in proœmio gloſſ.* 5. *n.* 74. Joan. Bodinus *de Republica lib.* 1. *cap.* 10. *pag. m.* 171. Philib. Bugnyon. *legum abrogat.* 1. *libr.* 2. *Satyr.* 131. Sunt qui ſex hebdomadarum ſpatium concedant dominis, intra quod poſſint naufragium ſuum colligere aut vindicare. Quam Normannorum conſuetudinem defendit P. Gregorius Tholoſanus *de Republica lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 29. Alii duos menſes largiuntur. Quo jure Gallos uti teſtis eſt Anton. Mornacius *ad l.* 2. §. *Res autem jacta*, 8. *ff. de l. Rhodia de jactu.* quod bimeſtre ſpatium Daventrienſibus quoque placere videtur. *Rechten van Deventer part.* 3. *tit.* 16. *art.* 6. Id tamen ceu breve nimis improbat Jo. Jac. Wiſſenbach, *ad tit. ff. de incendio, ruina, &c. th.* 9. Nec longe hinc abludit Henrici III. Angliæ Regis edictum, anno M CC XXVI. conditum, quo cavetur, ut ſi de navi periclitata aliquis homo evaſerit, & ad terram venerit, omnia bona & Catalla (Catalla vox Guaſconica, Vaſconica eſt, idem quod bona, ſive merces mercantiles ſignificans) in navi iſta contenta, remaneant & ſint illorum, quorum prius fuerant, & eis non depereant nomine Electi. Si vero, nullo vivo homine evadente contingat qualemcumque beſtiam vivam evadere, vel in navi illa vivam reperiri, tunc bona illa quatuor probis hominibus cuſtodienda deponi debeant, ad terminum trium menſium, ut ſi illi, quorum Catalla illa fuerunt, intra terminum illum venerint ad exigenda Catalla illa, & probare poſſint illa ſua eſſe, eis reſtituantur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

ſin minus, tunc nomine Electi, Regis ſint, vel ejus qui libertatem habet Electum habendi, id quod etiam juris eſſe debeat, quando nec homo aliquis vivus, nec beſtia viva evaſerit. Stephanus Clairacus *in tractatu, quem us & couſtumes de la mer, inſcripſit, pag.* 97. Reinold. Kuricke *ad d. rubr. pag.* 211. Progredimur ad populos humaniores, & prædæ minus intentos, Friſios occidentales: a quibus cum jam ab anno MCCCCXXI. Joannes Bavarus, tutorio nomine Hollandiæ præfectus, pactus erat trientum rerum naufragarum, earum tantum conceſſus fuit triens, quarum intra annum nullus compareret dominus. Gryphiander *de inſulis cap.* 31. *n.* 115. Idem fere lege municipali Normannorum cautum: qua ejuſmodi res etiam a fundi patronalis dominis iis aſſervantur, qui eas intra annum aſſeruerint. *art.* 584. *art.* 581. Lib. Franc. Chriſtyn *apud Bugnyon d. l.* Cui planè conſentit Ordinatio Friſica, *Reglement van de geſtrande goederen van den* 22. *Febr.* 1656. Novus appendix Statutorum Friſicorum, *pag. m.* 57. *& ſeq.* & conſtitutiones Gallicæ latæ anno Domini CIↃIↃXVII & CIↃIↃXLIII. *art.* II. *du faict de la marine*, ſi fides P. Greg. Tholoſano *ſyntagmatis Juris univerſi lib.* 3 *cap.* 14. *n.* 8. Junge *le Code du Roy Henry IV. lib.* 7. *tit.* 1. *cap.* 4. *n.* 85. Ant. Mornacius *ad l. navis.* 4 §. *Sed ſi navis.* 1. *ff. ad l. Rhodiam de Iactu.* Jos. Gibalinus *de univerſa rerum humanarum negotiatione. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *art.* 9. *n.* 16. ex Terrieno veteris Normanniæ conſuetudinis Interprete, referunt, annum & diem repetentibus res naufragas quondam præſtitutum fuiſſe. *La giuſtitia la debba tenere manifeſta ad ogn' uno un' anno & un giorno.* Conſolato del mare. *cap.* 249. quam definitionem, ut valde æquitabilem commendat Ludov. Servinus, *plaidoy. des droits de l'amirauté. pag.* 72. atque inde videtur profluxiſſe jus Anglicum, idem temporis ſpatium præfiniens, modo vel navigantium aliquis, vel

canis,

DE VICQ.

canis, aut felis e navi litus vivus appulerit. Statuta, Alexandri II. *cap. de Wrecto maris.* 25. *n.* 1. Welwod. *in compend leg. naut. tit.* 24. Additionator Jo. Heemskerck *Bat. Arcadia*, *pag.* 292. illam tamen conditionem, ſive limitationem Henricus VII. Rex Angliæ & Philippus Archidux Auſtriæ, ſibi mutuo remiſerunt, in tractatu pacis & mutui commercii concluſo Londini anno CIↃCCCCXCV. 24. Februarii, *art.* 24. Sed nec deſunt gentes, apud quas id, quod ex naufragio expulſum eſt, quod ſcilicet non eſt in derelicto, ſed in deperdito, uſucapi non poteſt: *l. Interdum.* 21. §. *Quod ex naufragio.* 1 *ff. de acquirenda, vel amittenda poſſeſſione. l. ſi quis.* 7 *ff. pro derelicto.* Jacobus Cujacius *ad d.* §. 1. *operum poſthumorum tom.* 4. *part. poſter.* Verum quod eſt juris communis, & ſecundum rectæ rationis dictamen omnibus univerſaliter tribuendum erat, quædam ex illis venditant pro jure ſingulari, quod ſcilicet contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem concedunt, adeo ut privilegium putent, ſi miſerrimas naufragorum reliquias non diripiant & deprædentur. Ita Hanſeaticis naufragium ſuum impune colligere licere conceſſit Rex Hiſpaniarum. *Privilegios para los Hanſeaticos. En Munſter a.* 3. *de Mayo*, 1648. *Inſtrument.* 1. *art.* 31. *pag.* 70. *Inſtrument.* 2. *art.* 38 *pag.* 81. *& ſeq. Inſtrument.* 3. *art* 39. *pag.* 95. Eduardus IV. Rex Angliæ, anno Domini, ſecundum curſum & computationem Eccleſiæ R. MCCCCLXXIV. Eccleſiæ vero Anglicanæ anno MCCCCLXXIII. ultimo die Menſis Februarii. Dummodo aliquod vivum animal ex nave hujuſmodi periclitante, ſit homo, canis, gallus, catus, aliud animal ad terram ſalvus adveniat. *art.* 21. *pag.* 177. Ita & naufragia ſua ſibi ſervari ſtipulati ſunt Hanſeatici ab Antverpienſibus anno MDLXVII. 15. Januar. *pag.* 298. *& ſeq.* & Magnus Sueciæ Rex univerſis civitatem Lubecenſem inhabitantibus gracioſè indulſit & conceſſit, ut bona naufraga debeant prioribus domi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

dominis, vel eorum proximioribus hæredibus intregè conſervari & reddi, anno MCCCXXXVI. feria ſecunda poſtOctavas Beati Laurentii Martyris. *pag.* 247. *& ſeq.* Idem Belgis largitus eſt Rex Daniæ 17. Octob. 1631. *art.* 5. *pag.* 353. Et Hamburgenſes promiſerunt Anglorum ſocietati adventurariæ. Contractus Senatus Hamburgenſis cum ibidem reſidentibus mercatoribus Anglicanis initus 28. Jun. 1611. *art.* 39. *pag.* 203. Tandem Juris Civilis æquitas magis magiſque invaluit, publiceque intereſſe viſum, nihil rapi ex hujuſmodi caſibus: & maritimis ad humaniores mores aſſuefactis diſplicuit injurioſè lucrum capere ex hominum infortunio. adeoque ut quibuſlibet naufragis ſua redderentur obtinuit, vel conventione publica, *Tractaet van commercie, ende Marine tuſſchen Vranckrijck ende Staeten Generael van* 27. *April.* 1662. *art.* 43. vel tacito conſenſu populi, vel lege ſuffragio legiſlatoris lata. de Viſigothis id teſtatur Lindenbrogius *in ſuo Codice lib.* 7. *tit.* 2. *cap.* 18. de Siculis, ſive Neapolitanis, Idem *lib.* 1. *tit.* 58. *cap.* 2. de Hiſpanis Juan de Hevia Bolano *del commercio naval. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 17. de Caſimiro, Sigiſmundo I. D. Stephano, Poloniæ Regibus, & Gedanenſibus Rein. Kuricke *ad d. rubr. pag.* 209. *& ſeq.* de Boreæ Regibus ac nationibus, Danis, Schleſwicenſibus, Holſatis, Pomeranis, Joh. Marquardus *de jure mercator. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 11. *& ſeq.* Apud Romanos idem ſtatuto cautum. Statuta urbis Romæ *lib.* 3. *cap.* 85. Joannes Seldenus *maris clauſi lib.* 1. *cap.* 24. *pag. m.* 85. ut & Venetos. Statuta Veneta, *tit. leggi civili. editionis noviſſimæ. ann.* 1665. *pag.* 309. *& ſeq.* Atque inconſideratius igitur publicationem naufragorum toti Italiæ imputant Joh. Marquardus d. cap. 4. n. 10 Sim. van Leeuwen *Cenſuræ forenſis lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 15. Joſ. Gibalinus *d. n.* 16. Paulus Voet *ad §. alia ſane.* 47. *Inſt. de rerum diviſione &c. n.* 2. Sed & conſtitutio Frederici II. Imperatoris, ſive inde de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

deſumta authentica, *Navigia. C. de furtis, & ſervo corrupto.* poſtmodum repetita eſt & confirmata à Carolo V. in ſanctionibus criminalibus, *art. penult.* Andreas Gail. *lib. 1. practic. obſervat.* 18. Chriſt. Beſoldus *d. n. 7.* Henr. Hahnius ad Matth. Weſenbecium *de l. Rhodia de jactu. n. 5.* Henr. Zoeſius *d. t. n. 12.* Joh. Jac. Wiſſenbach, *ad d. auth. navigia.* Illud interim memoratu dignum, quod Cornelius Schepperus, homo Flander, Chriſtierni ejus nominis II. Daniæ Regis Vicecancellarius, refert, audiviſſe non ſemel ex ipſo Rege ſe, ex lege de naufragorum bonis confiſcandis abrogata deperiſſe ipſi ſupra centum aureorum millia annui naufragii. Joh. Iſac. Pontanus *diſcuſſionum hiſtoricarum lib. 2. cap. 15. pag. 226. & ſeq.* Hugo Grotius, *de jure belli ac pacis lib. 2. cap. 7. §. 1. in annotatis.* Nihilominus tamen omnis acerbitas in miſerrimis hiſce miſerorum caſibus eſt mitiganda: & conſuetudines, conſtitutiones, ac ſtatuta, in eorum favorem benigniori interpretatione mollienda. Franciſcus Zypæus *in notitia Iuris Belgici lib. 11. tit. de naviculariis, &c. 1. pag. m.* 292. Cæterum εὕρετρα, μήνυτρα, καὶ σῶστρα, *mercedulas pro inventionis, indicinæ, & conſervationis præmio* præſtari, impenſaſque refundi, æquitatis & juris civilis ratio omnino exigere videtur. Pontanus *d. pag. 226. Code Henry. d. n. 85.* Julien Peleus *Hiſtoire de France tom. 1. lib. 4. pag. 323. p. 334.* Tractatus commercii inter Gallos Belgaſque Federatos *d. art.* 43. P. Gregor. Tholos. *d. n.* 8. Guiljelmus Ameſius *de conſcientia, &c. lib. 5. cap. 41. n. 25.* Rein. Kuricke *ad. tit. 9. art. 3. pag. 216. & ſeqq.* Et, ut litibus prævortatur, quantitatem earum definiverunt Conſolato del mare *cap.* 249. Veneti in Statutis *d. pag.* 310. In hiſce regionibus de rebus in tempeſtate ejectis, aut naufragio perditis, inque litore inventis, aut extractis è mari, antiquitus jus fuit, fiſco ſtatim ut vendicarentur: adeoque ipſa etiam fragmenta & tabulas quaſſatarum ſcopuliſque illiſarum navium

DE VICQ.

navium occuparet Præfectus ipſo mari immitior. Nam quod tempeſtas reliquum fecerat miſeris, id ille velut altera tempeſtas eripiebat. Cæterum auctâ navigatione, inque dies magis magiſque increſcente, occaſione Hanſeaticæ navis, circa Scheveningæ pagi litora fractæ, jam inde ab anno MCCCCXLIII. mitius cum naufragis agi cœpit. & Carolus quidem, Dux Burgundiæ, Friſiis Occidentalibus, & Hollandis Aquilonaribus, jus naufragii, anno MCCCCLXIX. 1 Januar. ad tempus vitæ ſuæ remiſit. Maria vero Burgundiaca, ejus filia, anno MCCCCLXXVI, 14. Martii. eandem immunitatem expreſſo diſplomate, Hollandis, Zelandis, ac Friſiis Occidentalibus univerſis in perpetuum conceſſit. *Het groot Privilegie van Vrouw Maria van Burgonjen. art. Item, ſoo wanneer eenige Schepen,&c.* 24. atque ex eo ferè tempore ſemper obtinuit, ut ſuas cuique res ruptas deperditaſque repetere liceret. Tantum enim abeſt, quo minus illæ fierent inventoris, ut protinus eas deferre debuerit ad quæſtorem, qui noſtris vocatur, *Rentmeeſter Generael van d'Eſpargne* (quo de vocabulo videri poterit Monſr. Meſnage *Origines de la langue Françoiſe, verb. Eſpargner*) ejus autem eſt naufragia cuſtodire, & ſervare mercatoribus, & dominis, ſi forte compareant ſua vindicaturi: & quæ mora deteriora futura ſunt haſtæ ſubjicere, & pretium domino, aut fiſco ſervare. Illi quidem intra annum & ſex ſeptimanas venienti; fiſco autem eo elapſo acquiſita cenſentur, qui tamen facilè patitur eas redimi. quin imò, quemadmodum D. Cyprian. Regneri *ad* §.*ult.Inſtit. de rer. div.* & Ant. Matthæus *ff. lib.* 48.*tit.*1.*cap.*4.*n.*4. *in fin.* cenſent etiam poſt memoratum terminum elapſum domino rem ſuam reſtituendam, ita non deëſt, qui eo jure nos uti atteſtetur, exceptis, ait, eorum bonis, qui oriundi, ubi Hollandorum bona naufraga contraria conſuetudine etiamnum fiſco cedunt. Simon van Leeuwen. *d. n.* 15. Lib. Chriſtyn *d. l.*

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

admitti placuit, quum jactus detrimentique remedio navis ſervata, & * ſalva evaſit,

DE VICQ.

ut ut ſit, planè iniquum eſt, damnoſum cuique eſſe officium ſuum; ideoque in Friſia Orientali jam olim obtinuit, ut res naufragæ, ex undis ſervatæ, pro beſſe reſtituerentur dominis, triens ſervatoribus cederet. Hodie verò, præter illum trientem, Prætoribus ſive Grietmannis aut magiſtratibus urbanis, inventarii conficiendi, cuſtodiæ, aliarumque expenſarum nomine debentur decem in ſingula centena, bonis ſervatis arbitrio quatuor virorum neutri parti addictorum æſtimandis. Novus appendix Ordinationis Friſicæ *d. pag.* 57. *& ſeq.* In Hollandia autem diſtinguitur, ut ſi reliquiæ naufragorum impenſis deductis centum aureis non antiſtent, ſemis, ſi vero plus centenis, minus quadringenis valeant, quadrans urinatoribus, vel piſcatoribus cedat. Et ſi fortè illo ſemiſſe, vel quadrante non ſint contenti, Curia arbitrabitur, quantum domini rerum ſervatarum illis debeant hoſtimenti nomine. Vide Privilegium magnum Mariæ Burgundiacæ *d. art.* 24. *Placaet van Koningh Philips vande Zee-driften.* 15. *Maji*, 1574. *Statuten van Frieſlandt lib.* 4. *tit.* 8. *art.* 1. Gerard Rooleboom *recueil van keuren van Amſterdam tit.* 56. *art.* 39. Hug. Grotium *manud. ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 27. *n.* 11. Gryphiandr. *d. cap.* 31. *n.* 115. Joan van Heemskerck *Bataviſche Arcadia pag. m.* 288. *& ſeqq.* Franc. Zypæum *in notitia juris Belgici lib.* 10. *tit. de jure fiſci.* 1. *pag. m.* 286. Ger. Tuningium, Arn. Vinnium *ad §. Alia ſane.* 47. *Inſt. de rerum diviſione, &c. n.* 5. *ad l. Qui levandæ.* 8. *ff. h. t. lit. d.* Jo. Jac. Wiſſenbach *ad d. Auth. Navigia.* Paulum Voet *ad d. §. Alia ſane. n.* 2.

VAN LEEUWEN.

* Salva evaſit,) Ad quod mercatores animadvertere oportere monet *Strach. tract. de Nav. part.* 2. *num.* 19. ut ſupra (*ad vers. num.* 16. *de quæſt.*

ſit, non item nave amiſſa; quo caſu mercatoribus integrum eſt, merces ſuas in littus ejectas, aut etiamnum undis innatantes ſibi ſervare, & nemo ad contributionem vocatur. *d. §. contra ſi ſcapha. junct. l. amiſſæ navis. D. ad l. Rhod.* ſed quo plura quis collegerit, eo minus feret detrimenti, haud ſecus ac ſi ex incendio cæteroqui peritura ſervaſſet. *l. cum depreſſa. ad l. Rhod.*

XX. Nihilominus ſi periculum ſit ne navis pereat, ideoque ejus levandæ gratia jactus

VAN LEEUWEN.

quæſt. num. 1.) quoque notavimus. Et ad hanc l. ferè ventilari ſolet quæſtio, an cum navis alteram contra ſe venientem caſu obruit, id damni in tributum venire debeat. & communis opinio eſt, contributionem hic locum non habere, quum ob communem utilitatem naufragium factum non ſit. Cæterùm nauta navem alterius obruens, ſi in poteſtate ejus fuit, ne id accideret, aut culpa ejus factum ſit, ſolus totum damnum feret: at ſi impetu procellarum & tempeſtatis, aut alias ſine ejus culpa contigiſſet, damnum utrimque erit commune nautarum exercitorumque. *Placc. van* K. *Car.* 1551. *art.* 46. *van Philipp. tit. van ſchepen die malkanderen beſchadigen. Wisb. Zeerecht. art.* 27. 48. 49. 50. 71. *van Weſtcappel art.* 16. Vide Vinn. *in add. ad Petr. Pecc. l.* 5. *in pr. D. ad l. Rhod. littera* B. Neoſtad. *ſupr. Holl. cur. decis.* 48. 49. Coren *obſerv.* 40. 41.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

jactus quarundam mercium factus ſit, navis tamen [20] poſtea perierit, eo caſu, non obſtantibus ſupra dictis, domini ſervatarum aut extractarum mercium contribuere

DE VICQ.

[20] Poſtea perierit;) Si navis uno in loco jactu levata, alibi depreſſa, ſubmerſa eſt, contributio nihilominus peti poteſt: utique ſi ex naufragio quidam per urinatores, per natatores ſubaquatiles, κολυμβητὰς ὑφύδρους, vel ἐφύδρους, uti legitur apud Dionem Caſſium *Hiſtoriæ R. lib.* 42: *pag.* 190. Gulielmus Budæus *ad l:* 2. §. 1. *ff. h.t.* merces ſuas ſervaverunt. *l: Navis levandæ.* 4. §: 1. *ff. h. t.* Julius Paulus *receptarum ſententiarum lib.* 2: *tit.* 7: §. 2. Matthæus Weſenbecius *h. t. n.* 5. Quod igitur Calliſtratus ait, jactum in tributum nave ſalva venire, *d: l.* 4: *pr. eod.* & Paulus *d. t.* §. 5. ita intelligendum eſt, ut nihil referre putemus, quamvis alio loco poſtea perierit. Fulgoſius, Bartholomæus de Salyceto, Paulus Caſtrenſis *ad d. l.* 4. §. 1. quum enim jactu mercium navis levata, & præſenti naufragii periculo erepta, adeoque jactus utiliter factus ſit, ex eo, quod navis alio loco poſtea ſubmerſa eſt, atque ex poſt facto ſemel quæſitam contribuendi obligationem tolli iniquiſſimum erit, arg. *l. Sed an ultro.* 10. §. *Is autem.* 1. *ff. de negotiis geſtis. l. Si ſervus.* 31. *ff. Familiæ erciſcundæ. l. Juſtiſſimè.* 44. §. *In redhibitoria.* 2. *ff.* de *Ædilitio edicto, &c. l. In ambiguis.* 85. §. *Non eſt novum.* 1. *ff. de regulis juris. Cap. Factum legitimè.* 73. *eod. lib.* 6. Simon Groenewegen *ad d. l.* 4. §. 1. Henricus Zoeſius *eod. n.* 9. Joannes Loccenius *de jure maritimo lib.* 2. *cap.* 8. §. 6. Contra, ſi quædam ex mercibus in navigatione jactis per urinatores extractæ ſunt, nihil verò reliquiarum ex naufragio poſtea facto ſervatum

re tenentur his, quorum merces abjectæ, propterea quod harum jactura facta eſt ea mente atque intentione, ut navis cum mercibus reliquis ſalva evaderet; ac niſi jactæ fuiſſent, eandem mercator fortè fortuna habuiſſet occaſionem prædictas ſuas merces, humectatas ſive ſiccas, aut utique partem earum ſervandi & recuperandi, quæ ſcilicet reliquis mercatoribus oblata fuit, quamque illi jactura ademit. atque id quotidiano uſu g obſervatur.

Item nauta Gadibus Arnemudam petens, tempeſtate orta circa oſtia Tagi, quorun-

DE VICQ.

vatum, illius rationem haberi non debet ab eo, qui in navigatione jactum fecit. *d. l. Navis.* 4. §. *Sed ſi navis.* 1. *ff. eod.* nam & ejus nihil intereſt naufragium factum eſſe, neque ideo eſt conſecutus, ut merces ſuas ſalvas haberet. *l.* 2. *princ.* & §. *Cum in eadem.* 2. *ff. h. t.* Paulus de Caſtro *ad l.* 4. *h. t. n.* 1.

VAN LEEUWEN.

g Obſervatur.) *l.* 2. §. 1. *l.* 4. §. 1. *D. ad l. Rh.* Atque huic uſui conſentanea videntur quæ ibi habet Paulus Caſtrens. *num.* 1. quod non ita intelligendum eſt abſurdè, ut ad minimi ſpatii locum referatur, ſed ſi & tempus & loci diverſitas inter jacturam & naufragium rectè intercedat: quod planum fiet ſequenti exemplo, ut eleganter notat Pecc. *ad d. l.* 4. §. *Sed ſi navis.* 1. *D. ad l. Rhod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

rundam mercatorum merces in mare projecit; quo jactu navis levata curſum continuavit, ſed ubi venit prope Weſtcapellam, oppidum Zelandiæ, illa cum mercibus periit. Nihilominus per natatores & urinatores Weſcapellenſes magna rerum copia merciumque extracta & recuperata eſt: quæritur igitur, an domini extractarum mercium teneantur collationis conſortio ſarcire damnum mercium projectarum circa oram Ulyſſipponenſem, aut locis memoratis? Jus ſcriptum in *d. l. Navis. §. Sed ſi navis. D. ad l. Rhod.* definit, ab his qui poſtea ſua per urinatores ſervaverunt, rationem haberi debere eorum, quorum merces in navigatione jactæ ſunt, propterea quod jactus ille factus eſt navis merciumque ſervandarum [b] gratia.

Quid autem ſi res jactæ circa Ulyſſipponem [21] extractæ fuerint, naufragio verò

VAN LEEUWEN.

b Gratia.) Sufficit enim ſemel negotium utiliter eſſe geſtum. *l. ſed an ultro.* 10. §. 1. *D. de negot. geſt.*

DE VICQ.

[21] Extractæ fuerint,) Collatio exoneratur, ſi res jactæ apparuerint, fortè fluctibus ad littus

littus expulſæ, vel extractæ per urinatores. *l. ſi laborante.* 2. §. *ſi res jactæ.* 7. *ff. h. t.* ac dominus eas recuperaverit, non ante, ut notat Fulgoſius, P. Peckius *ad d. l.* nam, ut habet verſus ille παροιμιώδης,

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ
χείλεος ἄκρου,

Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra.

A. Gellius *noctium Atticarum lib.* 13. *cap.* 16. fac. §. *Illud quæſitum. Inſt. de rerum diviſione, &c.* ubi DD. Quod ſi jam contributio facta ſit, qui contulerunt, agent ex locato, ſi ſcilicet merces vehendas locaverunt, cum nauta, ut is ex conducto experiatur, & quod exegerit, reddat. *d. l.* 2. §. 7. *h. t.* Si verò per ſententiam, per rem judicatam, ſolutum fuerit; quamvis id regulariter repeti nequeat, propter rei judicatæ authoritatem: *l. Si fidejuſſor.* 29. §. *In omnibus.* 5. *ff. mandati. l.* 1. *C. de condictione indebiti.* illa tamen regula fallit, ſi ceſſet ratio, ob quam ſolvendi neceſſitas a judice impoſita eſt: quare & hic condictioni ſine cauſa locus erit, arg. *l.* 1. §. *Sive ab.* 2. *ff. de condictione ſine cauſa.* Bartolus: *n.* 1. Barth. de Salyceto *n:* 1. Jaſon Maynus *n.* 2. Paul. de Caſtro *n.* 8. *& ſeqq. ad l.* 2. *ff. d. t.* P. Peckius, Arn. Vinnius *ad d. l.* 2. §. 7. *lit. b.* Jul. Pacius ἐναντιοφανῶν *cent.* 4. c. 20. Quum enim res jactæ dominorum maneant, neque fiant apprehendentis, *d. l.* 2. §. *Res autem.* 8. *l. Qui levandæ.* 8. *ff. h. t.* §. *Alia.* 47. *Inſt. de rerum diviſione, &c.* Mich. Attaliata *ſynopſis tit.* 48. §. 10: Conſt. Harmenopulus προχείρου τῶν νόμων *lib.* 2. *tit.* 11. §. 19. niſi fortè Ariſtippus quidam, aut Crates Thebanus, aut quiſquis tandem Diogeni πειθόμενος, ſponte, animo derelinquendi, eas jactaverit. Diogenes Laërtius, Suidas *in Ariſtippo.* Plutarchus περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι *ſub fin. pag. m.* 831. Lucianus *in vitarum auctione. oper. tom.* 1. *pag. m.* 365. *& ſeq.* Cicero *de inventione. lib.* 2. *pag. m:* 295. Joh. Calvinus *Inſtitutionum Chriſtianæ religionis, lib.* 3. *cap.* 10. *ſect.*

rò perditarum nihil aut parum recuperatum? Domini jactarum mercium non tenentur præſtare detrimentum mercium ſummerſarum: hoc enim non poteſt videri ſervandæ navis cauſa factum eſſe, quæ una cum mercibus [i] periit. *d.* § *ſed ſi navis.*

XXI. Porro quæritur, an domini jactarum mercium etiam pro rata ferre debeant [22] damni dati portionem? V. G. Merca-

DE VICQ.

ſect. 1. H. Grotius *de veritate religionis Chriſtianæ lib.* 2. §. 14. *lit. k.* quo de caſu accipi poteſt *l. Falſus.* 43. §. *ſi jactum.* 11. *ff. de furtis.* Jac. Cujacius *operum poſthumorum tom.* 4. *part.* 2. Matth. Weſenbecius *n.* 2. Arn. Vinnius *n.* 1. *ad d.* §. *Alia.* Idem *ad d. l. Qui levandæ.* 8. *lit. b.* P. Greg. Tholoſanus *ſyntagmatis lib.* 29. *cap.* 11. *n.* 10. Ant. Perezius *Cod. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 26. Sam. de Lublino *Summulæ caſuum part.* 1. *verb. Navis. cas.* 3. & 5. diſſ. Nic. Genoa *in conciliatione legum. pag. m.* 146. & *ſeqq.* Reinh Bachovius *ad d.* §. *Alia* manifeſtè iniquum eſſet & rem habere, & alieno detrimento pretium conſequi. *l. Nam hoc.* 14. *l. Eleganter.* 23. §. *ſi quis.* 3. *ff. de condictione indebiti. l. Jure naturæ.* 206. *ff. de R. J. l.* 2. §. *Portio.* 4. *verſ. quoniam detrimenti. h. t.*

VAN LEEUWEN.

i Periit.) Adde Accurs. Alberic. Bartol. Caſtrens. & alios.

DE VICQ.

[22] Damni dati portionem?) Nobilis hic oritur controverſia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

ſia, & in qua cardo totius rei vertitur. Videlicet anne etiam domino jactarum mercium contributionis ratione aliquid decidendum ſit, an verò jactura reficienda in ſolidum, ita ut ipſe nihil damni ſentiat? Prius viſum Accurſio *in verb. Sarciatur.* Fulgoſio *ad l.* 1. *ff. h. t.* Matthæo Weſenbecio *eod. n.* 4. Arnoldo Vinnio *ad l. ſi laborante.* 2. §. *Portio.* 4. *d. t. lit. d.* Joanni Loccenio *de jure maritimo lib.* 2. *cap.* 8. §. 8. Joh. Jac. Wiſſenbach *ff. d. t. th.* 7. & ipſi etiam Jacobo Cujacio *ad l.* 2. *pr. h. t. pag. m.* 562. cum ut ipſe ait *pag.* 569. id non diligentius excuſſiſſet. Poſterius eidem Cujacio *ad d. l.* 2. §. 4. *pag.* 468. *& ſeq.* Antonio Matthæo *h. t. th.* 16. Simoni van Leeuwen *cenſuræ forenſis lib.* 4. *cap.* 29. *n.* 5. quorum ſententiæ propius accedimus, verùm tamen non ſine aliquali temperamento. Scilicet, ut ait Paulus, id tributum, eam intributionem, qua reparatur damnum jacturæ, obſervatæ res debent. *l.* 2. §. *Cum in eadem.* 2. *h. t.* res, inquit, obſervatæ, id eſt, ſalvæ & ſanæ; non perditæ, jactatæ, amiſſæ. Præterea æquiſſimum eſt commune detrimentum fieri. at quorum? eorum, inquit, qui propter amiſſas res aliorum conſecuti ſunt, ut merces ſuas ſalvas haberent. *l.* 2. *pr. eod.* eorum, qui merces ſuas ſalvas haberent; non eorum, atque etiam illius, cujus merces jactæ: quamvis ne hic quidem eo modo ſit planè indemnis; ſiquidem damnum eſt carere ſperato lucro, neque merces deſtinato loco vendere poſſe. namque meminiſſe debemus, amiſſarum rerum æſtimationem haberi, quanti emtæ ſunt, neque ad rem pertinere, ſi pluris venire potuerint. *l.* 2. §. *Portio.* 4. *ff. h. t.* Porro accidit ſæpe, ut alter in tempeſtate, ſuarum mercium ſervandarum cauſa, merces alterius in mare projiciat: quod quoniam ipſi conceſſum eſt, *l. Qui ſervandarum.* 14. *ff. de præſcriptis verbis, &c.* Emundus Merillius *variantium ex Cujacio lib.* 1. *cap.* 30. utique æquitas flagitat, totum damnum alteri viciſſim reparari. Quippe loquimur de eo caſu, quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Mercator in portu Ulyſſipponis immiſit in navem viginti cados olei, quorum decem circa oram Angliæ ejecti ſunt; ſinguli autem æſtimati eo pretio, quo loco exonerationi deſtinato vendi potuiſſent, valebant decem libris Flandricis, ſimul om-

DE VICQ.

quomodo Cujacii & cæterorum ſententia temperanda videtur, quando qui merces ſuas habent incolumes, reſpectu pretii, quo eas emerunt, etiam poſt contributionem nullum ſentiunt detrimentum. cæteroquin ea erit iniquiſſima. Fac enim, quo ferè exemplo utitur M. Weſenbecius *d. l.* duos mercatores merces ſuas in eadem nave coëgiſſe, Titium & Sempronium: Titii merces jactas eſſe, quæ emtæ erant ducentis, merces verò Sempronii hodie venire poſſe centum, item navem cum armamentis centum; quis æquus rerum æſtimator dicat hoc caſu Titio ſolidum reddendum eſſe? ut illſe quidem ſit indemnis, reliqui autem, cujus merces propter jactum ſalvæ, totum amittant? Quamobrem, uti diximus, ſolidum quidem damnum ei, cujus merces jactæ, reficiendum eſt, ſed non niſi eo caſu, quo domini mercium ſervatarum, ratione pretii, quo ſuas merces emerunt, indemnes poſſunt contribuere. hoc æquitas ſuggerit, etſi jure deficiamur. De moribus res expedita eſt, quibus dominis jactarum mercium ἀναλόγως etiam portio aliqua defalcari ſolet. Simon van Leeuwen *d. n.* 5. *& juris Romano Hollandici lib.* 4. *part.* 31. *n.* 4. Sed hoc ideo, quia hodie jactæ merces æſtimantur eo pretio, quo ſimiles deſtinato loco venduntur, uti jam obſervare occupavimus *ad n.* XII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

omnes centum libris. quæritur, inquam, utrum mercator illas centum libras puras putas recipiat, an verò & damnum ſuſtineat pro ratione centum librarum Flandricarum?

Uſu ferè obtinuit prædictos cados olei etiam pati debere onus collationis, haud ſecus ac reliqua bona quæ ſalva ſunt: *l* nimirum ſi ratione uniuſcujuſque maſſæ mercimoniorum, quæ in navi reperta valeant centum libris Flandricis, conferenda ſint quinque; mercator etiam pro rata decem cadorum olei, quinque ſibi imputabit, adeoque nonaginta quinque recipiet pro eo quod centum valebat.

Etenim lex Rhodia de jactu mercatoribus damnum paſſis, quorum merces jactu periere, conſultum ac proviſum voluit per modum contributionis: ne ſcilicet illi ſoli ſufferrent jam dictum detrimentum, ſed omnium mercatorum bona in navi reperta ſimul jacturam reficerent ac repa-

VAN LEEUWEN.

l Nimirum) *l.* 2. §. 2. & 4. *D. ad l. Rhod.* Vide in ſuperioribus, *vers. Circa æſtimationem,* & *ibi notata.*

reparárent, & ſic proſpectum eſt illis de damno vitando, non de lucro captando. Jam verò ſi cadi olei ante memorati portionem damni non ſuſtinerent, conditio ejus, cujus res projectæ ſunt, melior foret, quam ejus, cujus res ſalvæ & ſanæ; quod abſonans foret à juris ratione, contraque mentem, intentionem & ſcopum legis Rhodiæ: [m] frueretur enim (uti ſupra memoratum) ſummo pretio rerum jactarum, puro & immuni à quibuſcunque impenſis; qua prærogativa domini ſervatarum mercium non gaudent. æquiſſimum igitur eſt commune onus & detrimentum fieri eorum, qui commune periculum ſubierunt, pro valore atque æſtimatione bonorum cujuſque.

XXII. Supradicta autem intelligi debent de rebus jactis dimidio itinere jam ſuperato: etenim quoniam illæ tum æſti-

VAN LEEUWEN.

m. Frueretur) Secundum naturam enim eſt commoda cujuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda. *l.* 10. *D. de reg. jur. junct. l. unic.* §. *pro ſecundo. C. de caduc. tollend.* Nec alteri per alterum iniqua conditio inferri debet. *l.* 74. *D. eod.*

mantur, quanti venire potuiſſent in loco expoſitioni deſtinato, ratio poſtulat, ut & ipſæ portionem damni ferant: & verò cum res jactæ, antequam dimidium iter confectum ſit, ſolummodo taxentur & æſtimentur, quanti emtæ ſunt, non ſuſtinent portionem damni dati, ſed domino earum refundendum eſt, quantum pro illis [n] ſolvit, una cum omnibus, quæ in ſumtus portoriorum, Conſuetudinum, cæterorumque expendit, antequam merces in navem immiſſæ eſſent: præſumitur enim ſatis jacturæ damniqe pati, eo quod merces ſuas non potuit cariſſimo vendere in loco deſtinato, in quem aliorum mercatorum res jactus remedio delatæ ſunt, ut ut mercatores ſæpius res ſuas viliori pretio diſtrahant, quàm ipſi [23] comparaverunt: quod hic non attenditur.

XXIII. Quam-

VAN LEEUWEN.

[n] Solvit,) Atque ita videtur communi quadam conſuetudine hac in parte receſſum a diſtinctione *l. 2. §. ſi navis. 3. vers. portio autem. D. ad l. Rhod.* niſi textus eodem modo temperetur & ad uſum communem accommodetur. Conjunge *d. vers. Circa æſtimationem. & ibi not.*

DE VICQ.

[23] Comparaverunt:) Hic eſt animus omnium, ut velint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

lint vili emere, caro vendere. & mercandi præceps cupiditas circa omnes terras, omnia maria, ſpe lucri mercatores ducit. L. Annæus Seneca *de brevitate vitæ cap.* 2. etenim hæc eſt emtionis atque venditionis ſubſtantia, quod emtor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi votum gerentes, ad hunc contractum accedant, vixque poſt multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emtore autem huic quod obtulerat addente, ad certum conſentiant pretium. *l. ſi voluntate.* 8. *C. de reſcindenda venditione.* Mercatura autem magna & copioſa, multa undique apportans, multiſque ſine vanitate impertiens, non eſt admodum vituperanda: atque etiam ſi ſatiata quæſtu, vel contenta potius, videtur jure optimo poſſe laudari. Cicero *de officiis lib.* 1. *pag. m.* 68. Bernardo Morando *della Roſalinda lib.* 2. *cap.* 76. *& ſeq.* Ita quidem ſolent mercatores: Hodie vel cras proficiſcemur in illam urbem, & agemus ibi annum unum καὶ ἐμπορευσόμεθα, καὶ κερδήσομεν, *& mercabimur, & lucrabimur.* Interim miſeri ignorant τὸ τῆς αὔριον, *quid futurum ſit poſtero die.* Jacob. *IV.* 13. 14. namque contingere poteſt, ut voto non reſpondeat eventus, ut vilius vendant, quam emerint, vel quia ſtultè emerunt, vel quia poſtea mutata eſt mercium æſtimatio. Sed hoc in propoſito conſiderationem non meretur, tum quia jure naturæ æquum eſt, ut jactura ſequatur eum, qui ſpe lucri gaudebat, (*perche gli e ragione, che chi parte vuole haver del guadagno, parte debba havere della perdita.* Conſolato del mare *cap.* 236. *pag. m.* 106. *cap.* 245. *fin.*) tum quia legiſlatores ea præterire ſolent, quæ ἐκ παραλόγου, *ex inopinato accidunt*, ad ea jus aptantes, quæ & frequenter, & facilè, & ut plurimum eventura videntur. *l. Iura conſtitui.* 3. *& ſeqq. ff. de legibus & SCtis, &c.* Conſtantinus Harmenopulus *promtuarii juris civilis lib.* 1. *tit.* 1. §. 28. Leo & Conſtantinus Auguſti ἐκλογῆς τῶν νόμων *tit.* 1. §. 2.

XXIII. Quamvis autem hac in re arbitri [o] bonique viri ad computandam avariam electi, nauclero nihil adjudicent vecturæ, ſi res jactæ ſint medio itinere necdum ſuperato; id tamen ratione caret: cum utique congrua portio vecturæ illi [24] addicenda foret, minimum pro rata miliariorum, quæ emenſus eſt, ut & illa vectura cum mercibus projectis catalogo adſcribatur.

XXIV. Ita

VAN LEEUWEN.

o Bonique viri) Nota: Quod controverſiarum nauticarum, de quibus nihil certi aut ſcripto jure cautum aut conſuetudine receptum, deciſio ac judicium permitti ſoleat prudentiæ virorum hujus rei peritorum, & neutri parti faventium. *Strach. de Nav. num. 25. Mornac. ad l. 9. D. ad l. Rhod. Wiſb. Zeerecht. art.* 38.

DE VICQ.

24 Addicenda foret,) Cum quidam nave amiſſa, τοῦ πλοίου ναυαγήσαντος, vecturam, quam pro mutua, ἐν προχειρίᾳ acceperat, vecturam nautæ prorogatam & repræſentatam repeteret, reſcriptum eſt ab Antonino Auguſto, non immeritò Procuratorem Cæſaris ab eo vecturam repetere, cum munere vehendi functus non ſit. quod in omnibus perſonis ſimiliter obſervandum eſt. *l. Ex conducto.* 15. § *Item cum quidam.* 6. *ff. Locati conducti.* Conſt. Harmenopulus προχείρου *lib.2.tit.*11.§.21. Jacobus Cujacius *obſervationum lib.3.c.*1. Julius Pacius ἐναντιοφανῶν *cent.5.cap.*18. qui textus nos dubitare non ſinit, quin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

quin ubi navem frangi contigerit, omnimodo actio ad vecturam pereat ei, cui ipſa navis perit, aut utique qui eam locavit. Interim tamen non deſunt, qui JCti verba neſcio quam Judaicè accipientes, contendant partem vecturæ ſaltem deberi, ſi modo munere vehendi in parte, ſic loquuntur, functus ſit; ut eo caſu pro parte itineris, quod nauta emenſus erat, analogicè pars quoque vecturæ debeatur; pro ea verò, quæ conficienda ſupererat, fiat exoneratio vecturæ. arg. *d.l.* §. *Ubicunque*.7. Gloſſa *in verb. Perſonis*. Bartolus *n.* 1. Paulus de Caſtro *n.*1.*ad d.* §. *Item cum quidam*. Benevenutus Stracha *de navibus part.*3.*n.*24. Reſponſa JCtorum Batavorum *part.* 2.*cons.* 153.*pag. m.* 313. *part.*4. *cons.* 147. ut ut ſit, tametſi fortè illi hac in parte conditi juris minus boni ſunt interpretes, optimi tamen condendi juris fuerunt auctores: quippe cum hanc gloſſam ferè hodierna legiſlatio comprobaverit. Sanè Carol.V. lege latâ ſancivit, ut, ſive in itu, ſive in reditu navis rumpitur aut ſolvitur, pro rata confecti itineris vecturam præſtent merces ex naufragio ſervatæ. *Ordonnantie op de Zee-rechten art.*40. Statuta Hamburgenſia *part.*2.*tit.*17.*art.*2. quod non malè quidam bonorum virorum arbitrio committunt. Jus Danicum *cap.* 52. Jure maritimo Hanſeat. *tit.* 9. *art.* 1. ſtatutum eſt, ut ſi navis in mari naufragium faciat, ita ut itineri perficiendo inidonea ſit, conductores non amplius dimidia vectura de ſervatis bonis perſolvere teneantur. quod neſcio an debeant Juri navali Rhodiorum *cap.* 27. *cap.* 32. Idem tamen placuit Lubecenſibus *lib.* 6. *tit.* 3. *art.* 1. & Pruthenis *lib.* 4. *tit.* 19. *art.* 3. §. 1. Auctores Conſulatus Maris, (*gli ſapienti & buoni Huomini i quali prima furono, & comminciorono andare per il mondo, in diverſi luochi e parti*, ſic paſſim indigitantur) nauclero optionem reliquerunt, velletne vecturam pro rebus in mare jactatis, an non: ita quidem, ut ſi vecturam percipiat, illam etiam conferre cogendus ſit; ſin minus, nullo quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

XXIV. Ita ferè uſu obtinuit in avaria *p* groſſa, ut [25] in magiſtri arbitrio ſit atque optione, pretium navis ſuæ conferre malit, an totius itineris vecturam: quod ſi verò magiſter navem vili nimis pretio æſtimaverit, mercatoribus liceat illam ſibi eodem pretio addicere, idque intra ſpatium ſex horarum, quo elapſo illam facultatem ulterius non habeant. Spatium verò ſex horarum currere incipit ab eo tempore, quo mercatores ad locum, ubi navis conſiſtit, venire potuerunt, (nimirum

DE VICQ.

modo ratione vecturæ ad contributionem vocetur. Conſolato del mare *cap.* 96. *cap.* 293.

VAN LEEUWEN.

p Groſſa,) *Wiſb. Zee-rechten art.* 38. & *Placc. ann.* 1563. *art.* 6.

DE VICQ.

[25] In magiſtri arbitrio) Contra electionem atque optionem mercatoribus diſerte concedunt Leges Wibuienſes *placit.* 20. 38. Statuta Friſiæ *lib.* 1. *tit.* 21. *art.* 6. Placitum Philippi II. *tit. van Schipbreeckinge*, *Zeewerpinge*, &c. *art.* 6. Junge Conſolato del mare *cap.* 96. & *ſeq.* c. 281. 293. Jus maritimum Hanſeaticum *tit.* 8. *art.* 3. Statuta Hamburgenſia *part.* 2. *tit.* 16. *art.* 2. Jus Pruthenicum *lib.* 4. *tit.* 19 *art.* 2. §. 2. Jus Lubecenſe *lib.* 6. *tit.* 2. *art.* 3. Jacobum Coren *rerum judicatarum obſervat.* 41. *n.* 2. Reſponſa JCtorum Batavorum *part.* 2. *conſil.* 153. *pag. m.* 313.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

rum ut diſpiciant an illam ſibi pretio à magiſtro conſtituto emtam velint) quod vocatur tempus utile.

Sed quoniam illa conſuetudo odio non caret, quippe qua tertius, (nimirum exercitores) q invitus bonis ſuis privetur, ideo quotidiano uſu receptum eſt, ut æquo ac mediocri pretio valor dimidiæ navis, & dimidii nauli æſtimetur.

Quamvis tamen ratio & æquitas poſtulent, ut pretium totius navis, una cum toto naulo iſtius itineris in contributionem veniant, quippe cum utrumque beneficio jacturæ ſalvum & r ſervatum ſit: ita tamen ut ſi magiſtro mercimonia quædam relinquantur pro naulo, eorum ratione contribuere non teneatur, ſed illorum tantummodo pro quibus naulum accipit. quo jure ſi uteremur, plus ſanè curæ magiſter impenderet, neque adeo temere procederet ad jactum.

XXV. Na-

VAN LEEUWEN.

q Invitus) *l. Id quod noſtrum.* 11. *D. de R. I. junct. l. In re mandata.* 21. *C. Mandat.*

r Servatum ſit:) *Arg. l.* 2. *in fin. pr.* & §. 2. *in fin. D. ad l. Rhod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

XXV. Naviculariis Gallis generaliter in uſu eſt, ut omnium avariarum tam groſſarum, quam communium beſſem ferant res merceſque in navi repertæ, trientem verò navicularius. quæ conſuetudo in cauſa eſt, cur navicularii Galli raró avariam imputent, aut utique quæ ſit minoris momenti: indeque tempore pacis merces illis potius vehendæ locantur, quam iis, qui quotidie avarias comminiſci atque excogitare ſolent, quemadmodum in uſu eſt Biſcajenſibus, iiſque qui [26] Holcadibus merces vehendas conducnnt.

XXVI. Na-

DE VICQ.

[26] Holcadibus) Etſi nobis opuſculi parum elimati editionem, neſcio quam temerè, præcipitantibus, non eâ ubique in vertendo accuratione uti licuit, ut omnium rationem reddere velimus, aut poſſimus, hic tamen paululum a via deflectere libet, mox e diverticulo in viam redituri. Igitur verbo, *Hulcken*, quo Quintinus tum hic, tum alibi utitur, eo libentius reddidimus verbum, Holcades, Græcum reverâ; quod inter doctos ferè conveniat a Græco ὁλκὰς, noſtrum *Hulck* derivatum eſſe. Lazarus Bayſius *de re navali pag.m.*82. Lævinus Lemnius *de occultis naturæ miraculis lib*. 4. *cap*. 2. *pag. m*. 358. quod caput ſuæ Bataviæ illuſtratæ inſeruit Petrus Scriverius *pag.m.*166. Menage *dans ſes origines de la langue Françoiſe, au mot, Heus. pag*. 801. Eſt autem ὁλκὰς, παρὰ Θουκυδίδῃ, ἡ ἐμπορικὴ ναῦς,

XXVI. Naviculaṛius, antequam jactum faciat, aut cædat, [27] convocare debet mercatores eorumve inſtitores, ſi qui

DE VICQ.

ναῦς, apud Thucydidem, oneraria navis. Suidas. Lexicon Græco-Latinum Cyrilli, ut volunt: Ὁλκὰς, Navis oneraria. Holcas genus navigii vaſtum. (quod vel ex Quintino *infra n.* 34. liquere poteſt) L. Lemnius *dd. ll.* cujus hæc quoque ſunt verba: Sic Zirizæa, noſtra etiam memoria numeroſa claſſe inſtructa, non ſolum onerariis navibus, ſed roſtratis & quæ ex Homeri appellatione Holcades voce Belgis uſitata nominantur, præter Hiſpaniarum ac Mauritaniæ oras, longinquas verſus Aquilonem regiones frequentabat, &c. Hæc quidem ὡς ἐν παρόδῳ.

[27] Convocare debet mercatores) Si exercitor (neſcio quid in mentem venerit interpreti, cui ναύκληρος eſt exercitor, perpetuo ſed manifeſto errore. Cyrillus *in Lexico Græco-Lat.* Ναύκληρος, Navicularius. Suidæ interpres: Ναύκληρος, Navis gubernator, qui vulgò navis patronus vocatur. Navicularius, & Naviculator Ciceroni. Gloſſæ Baſilicῶν: Μάγιστρος. ὁ ναύκληρος τῆς νηός. Nec me latet alibi in iiſdem gloſſis *pag. m.* 31. legi: Ἐξερκίτωρ. ὁ ναύκληρος. Hoc enim ita accipiendum videtur, ut naulerus, ſive magiſter tum etiam dicatur exercitor, quum & totius navis curam gerit, & ſimul navem exercet: atque illam interpretationem ſuadere videtur alius locus in Gloſſis Baſilicῶν, qui ita habet *pag. m.* 33. Ἐξερκίτωρ λέγεται κυρίως τῆς νηὸς ὁ ναύκληρος, ἤγουν ὁ πιστικὸς πρὸς ὃν ὁ καθημερινὸς πόρος τῆς νηὸς ἀνατρέχει, καί πᾶσαν ἐπιμέλειαν τοῦ πλοίου ἐπιτρέπεις. Verte igitur, Si nauclerus) de jactu conſultaverit, interroget vectores, quibus in navi pecuniæ ſunt. Ita ex Græco ſonant verba Juris navalis Rhodiorum *cap.* 9. Quum autem jactus in mare faciendus eſt, mercator primus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

mus jacito, atque ita nautæ rem aggrediuntor. Ibidem *cap.*38. Ipſe mercator, idemque dominus, præire debebat,

Fundite quæ mea ſunt dicebat cuncta Catullus,
Præcipitare volens etiam pulcherrima.

Juvenalis *Satyr.* 12. quod & Auctoribus Conſulatus maris *cap.* 97. placuiſſe video, & (verba ſunt Jacobi Cujacii *ad l.*2. §. *ſi conſervatis. pag.m.* 565.) audio hodie ſervari inter nautas. ut ut ſit, ſciendum nec merces projiciendas, nec navem exarmandam, neve impingendam in littus, niſi voluntate, conſenſu, decreto vectorum prius explorato. *l.* 2. §. *Si conſervatis.*1.*in verb.voluntate vectorum. ff. de lege Rhodia de jactu.* Haud ſecus ac apud Demoſthenem *adverſus Lacriti exceptionem pag.m.* 949. excipitur jactura, non quævis ſive quomodocunque facta, ſed ἣν ἂν οἱ σύμπλοι ψηφισάμενοι κοινῇ ἐκβάλλωνται, *Si quam vectores de communi decreto fecerint.* Quod ſi mercatores, animati quemadmodum Italus ille apud Eraſmum R. *in colloquio, quod Naufragium, inſcribitur*, malint aut perire cum amicis opibus ſuis, aut ſimul cum illis ſervari; meritò negabit magiſter æquum eſſe, ut omnes illorum cauſa periclitentur. tantundem ſi non adſint vectores aut mercatores: utroque enim caſu *il Patrone della nave debba & può eſſer mercante*, magiſter mercatorum vicem ſupplebit, ſtatuetque quod ipſi cum parte ſociorum navalium pro re nata conſultum videbitur. *Wiſbuyſche Zee-rechten placit.*20.21.38.39. Placitum Philippi II. *tit. van Schipbreeckinge, &c. art.*4. *Zee-rechten van Weſtcapelle art.* 9. *& ſeq.* Conſolato del mare *cap.* 97. *c.* 192. *c.* 281. Capitoli del Re Don Pietro *pag.m.* 201. *Ordonnantie van Frieſlandt lib.* 1. *tit.*21. *art.* 4. Et meritò plurimum hic nautis defertur, nam ne quidem Centurio Actorum *cap.* 27. reprehenditur, quod gubernatorem & nauclerum potius audierit, quam Paulum. quid enim egiſſet? Nam

ut

DE VICQ.

ut Pauli conſilio aliis in rebus plurimum deferret, ſciebat tamen navigandi artem non tenere. Ergo quod prudentis & modeſti eſt hominis, a peritis & exercitatis regi ſe patitur. Joannes Calvinus *in d. cap. 27. vers. 11.* Uſque adeo tralatitium eſt, artifici perito credendum in ſua arte, quam profitetur. (cujus imperitia ipſi & turpis eſt. *l. 2. §. Servius. 43. ff. de origine juris, &c.* & culpæ annumeratur. *§. Imperitia. 7. Inſt. de lege Aquilia. l. Imperitia. 132. ff.* de *regulis juris.*) Petrus Ærodius *rerum judicatarum lib. 6. tit. 8. cap. 3. lib. 10. tit. 19. cap. 7.* Bartholomæus Socinus *reg. Perito. 362. pag. m. 666.* Joachimus Mynſingerus *ſingularium obſervationum cent. 6. obs. 34. & ſeq.* Joſephus Maſcardus *de probationibus vol. 3. conclus. 1175.* Rotæ Genuæ *decis. 196. n. 4.* Angelus Monoſinius *floris Italicæ linguæ lib. 3. n. 260.* Franco Burgerſdicius *Inſtitutionum Logicarum lib. 2. cap. 18. theorem. 23.* Ita Phyſico credendum eſt in rebus naturalibus. Dionyſius Gothofredus *praxis civilis lib. 1. tit. 5. pag. m. 373.* In oratione Grammatico. Maſcardus *d. concl. n. 31. & ſeq.* Gothofredus *d. l.* In divinis Theologo. Paulus Voet *Iuriſprudentiæ Sacræ cap. 1. ſect. 3. n. 3.* Samuel Mareſius *ad confeſſionis Eccleſiarum Belgicarum art. 36. n. 18. & ſeq.* In morbis & vulneribus Medico & Chirurgo. Bartolus, *ad l. In eo. 2. ff. Qui teſtamenta facere poſſunt, &c. n. 3.* Petr. Ærodius *d. tractat. lib. 2. tit. 4. cap. 4.* Maſcardus *concl. 1039. & concl. 1175. n. 40.* Nicolaus Everhardus *loc. ab effectu. 21. n. 3. lit. a.* Antonius Matthæus *ff. lib. 48. tit. 5. cap. 3. n. 17.* Andreas Gaill *practicarum obſervationum lib. 2. cap. 111.* Joh. Beverwijcks *Heel-konſte lib. 3. cap. 2.* Sic ubi de gravida muliere agitur, creditur obſtetricibus. *l. 1. ff. de inſpiciendo ventre, &c.* Maſcardus *concl. 1215.* ubi de finium modo, menſori. *l. ſi irruptione. 8. §. 1. ff. finium regundorum. l. 1. ff. Si menſor falſum modum dixerit.* Bartholomæus Cæpolla *de ſervitutibus ruſticorum prædiorum cap. de inſula. 115. al. 33. n. 13.* Hinc Plato conducto-

qui in navi ſint, iiſque ob oculos ponere periculum & neceſſitatem: quod ſi mercator ejuſve inſtitor renuat jacturam facere, eique conſentire nolit, poteſt nihilominus navicularius merces projicere de conſilio celeuſtæ, gubernatoris, & proretæ, ut certiorem hujuſmodi rerum ſcientiam & experientiam habentium: uni-

DE VICQ.

ctores ſacræ arcis (al. aræ) de modo & forma ejus ſecum ſermonem conferre conatos, ad Euclidem Geometram ire juſſit, ſcientiæ ejus cedens, imo profeſſioni. Mirificè & ille artifex, (Apelles. Plinius *lib.* 35. *cap.* 10.) qui in opere ſuo moneri ſe a ſutore de crepida & anſulis paſſus: de crure etiam diſputare incipientem, ſupra plantam aſcendere vetuit. Valerius Maximus *lib.* 8. *cap.* 12. *ſect.* 2. *n.* 1. 3. & Alexandro Severo conſuetudo fuit, ut ſi de jure aut de negotiis tractaret, ſolos doctos & diſertos adhiberet: ſi verò de re militari, milites veteres & ſenes ac benemeritos, & locorum peritos ac bellorum & caſtrorum, & omnes litteratos: & maximè eos qui hiſtoriam norant: &c. Ælius Lampridius *in ejus vita. cap.* 16. Quid quod ipſe Aſſuerus, quem Græci Artaxerxem nominant, non ante Vaſchthin repudiaverit, quã convocaſſet ſeptemviros illos, qui noſcebant tempora, jus, & judicia, & penes quos legum erat interpretatio, illique reginam repudiandam cenſuiſſent. Eſtheræ *cap.* 1. *vers.* 13. *&* *ſeqq.* Flavius Joſephus *antiquitatum Judaicarum lib.* 11. *cap.* 6.

VAN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

unicuique enim creditur in [5] arte ſua. *l. certi juris. C. de judic.*

XXVII. Socii autem navales, ſi, quod in navi habent. unius vaſis vecturam excedat, portionem damni jactarum mercium ſolido pro libra præſtare debent, niſi forſitan nave laborante ſtrenuè ſe geſſerint; tunc enim immunes ſunt: atque hac in parte magiſtri teſtimonio ſtari ſolet. id quod mercatores (qui non nimis rigidè in [28] vectibilia hujuſmodi nautarum inquirere ſolent) magis ex liberalitate, quam ſtricto

VAN LEEUWEN.

5 Arte ſua.) Ut tamen ipſe & ſocii navales ex itinere reverſi jurejurando aſſeverare teneantur factum id eſſe urgenti neceſſitate, & conſilio communi. *dict. placit. ult. Octobr.* 1563. *tit. van Schipbreeck. art.* 4. *Wiſb. Zeer. art.* 20. 38. 39. Quibus conveniunt Gallorum, aliarumque nationum leges nauticæ. Vide Vinn. *in addit. ad* Pecc. *l.* 2. *in pr. D. ad l. Rhod. lit. a in fin.*

DE VICQ.

28 Vectibilia) Navium exercitio ad ſummam Rempublicam pertinet. *l.* 1. §. *Licet autem.* 20. *ff. de exercitoria actione.* Ariſtoteles *Politicorum lib.* 7. *cap.* 6. Joannes Caſus *Sphæræ civitatis lib.* 7. *cap.* 6. Jacobus Cujacius *obſervationum lib.* 12. *cap.* 32. & commercia atque navigationes ipſa hujus Reipublicæ anima atque fulcrum dicuntur DD. Ordinibus Hollandiæ *in deductione ann.* 1654. 4. *Maji,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

4. *Maji*, *part.* 2. *cap.* 1. §. 2. adde Statuta Veneta, quæ poſt librum Conſulatus maris comparent, *pag. m.* 29. Hinc videmus illud paſſim quamplurimis curæ fuiſſe, ut rem navalem, quoad ejus fieri potuit, promoverent. nam & remuneranda pericula naviculariorum, quin etiam adhortanda præmiis, merito placuit. *l. ſemper.* 5. §. *Negotiatores.* 3. *ff. de jure immunitatis.* M. Zuerius Boxhorn *Chronici Zelandiæ part.* 1. *poſt pag.* 167. Statuta Veneta *d.l. pag.* 25. *& ſeqq. pag.* 32. *& ſeqq.* Quamobrem ut, & qui jam ſe Neptuno devoverant, magis confirmarentur, & alii quoque ad navigationis ſtudium capeſſendum provocarentur, antiquitus in hiſce regionibus, nautis quibuſlibet permiſſum fuit, minutulas quaſdam merces, (in idiomate, *voeringe*; Italis, Venetis utique, *portada*,) coëmere; eaſque ἀναυλεὶ, *ſine naulo*, & à vectigalibus immunes, ſecum tranſvehere. Hugo Grotius *manuductionis ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 20. §. *Om de jonge &c.* Placitum Ordinum Generalium *ann.* 1597. 26. *Iulii in præfat. &* §. 1. Statuta Veneta *d. l. pag. m.* 27. *p.* 29. Quantum verò tam navium magiſtris, quam gubernatoribus & ſociis navalibus eo nomine conceſſum ſit, accuratè, juxta normam placiti Ordinum Generalium, recenſet poſt Hugonem Grotium *d. l.* Taco van Glins ad Edictum Philippi II. *tit. van Schipluyden, ende hare officien. art.* 15. Cæterùm illud admonendi ſumus, id genus mercimoniorum vectibilium redeuntibus tantummodo conceſſum eſſe, abeuntibus non item. adeoque cum navis appulit ad locum, ubi exoneranda eſt, nautis à magiſtro electio datur, utrum, ſecundum analogiam portionis ſibi debitæ, in toto onere participare, an verò ſua vectibilia ſibi comparare, reſque ſuas ſibi habere malint: quo caſu magiſter locum cuique aſſignabit, qui & merces capiat, & præterea vas aquæ aſſervandæ. Curent tamen nautæ, dum vectibilia conquirunt, in ſe nihil ut ſit moræ vel impedimenti: etenim ſi tandem vo-

ti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

ti minus fiant compotes, fruſtrati ſpe mercium nanciſcendarum, damnum hoc ſibi, non magiſtro imputare debebunt. fac. *l. ult.* §. *Sin autem.* 14. *C. de jure deliberandi*, *&c.* Vide, præter modo laudatos, *Wisbuyſche Zee-rechten art.* 30. *Zee-rechten van Weſtcapelle art.* 20. *Ordonnantie van Frieſlandt lib.* 1. *tit.* 20. *art.* 15. H. Grotium *d. part. n.* 39. atque illo caſu magiſtro integrum erit aſſignata ſpatia occupare, atque in exercitorum uſum convertere. Plebiſcita Gedanenſia *part.* 1. *cap.* 4. *art.* 13. Reinoldus Kuricke *ad jus maritimum Hanſeaticum tit.* 13. *art.* 6. cujus diligentiæ multum nos debere ultro ingenue profitemur. Hæc autem vectibilia ſpeciem videntur habere peculii, quod pater vel dominus filium ſuum vel ſervum pro ſuo tractare arbitrio patiebatur. Iſidorus Hiſpalenſis *originum lib.* 5. *cap.* 25. hoc peculium dicebatur, quaſi puſilla pecunia, ſive patrimonium puſillum. *l. Depoſiti.* 5. §. *Peculium dictum eſt.* 3. *ff. de peculio.* ὥσπερεὶ μικρὸν οὐσίδιον. Gloſſæ Baſilicῶν, *in verb.* Πεκούλιον. & conſiſtebat ex eo, quod parſimonia ſua quis paraverat, quod unciatim, (uti eſt apud Terentium *Phormionis act.* 1. *ſc.* 1. *vers.* 9. *& ſeq.*) vix de demenſo ſuo, ſuum defrudans genium, comparſerat miſer, vel officio meruerat à quolibet ſibi donari, permiſſuque patris, vel domini, veluti proprium patrimonium, ſeparatum à rationibus paternis, vel dominicis, habebat. *d. l.* 3. §. *ult. l. Peculium.* 39. *ff. eod.* Gl. Baſilicῶν *in verb.* τὰ Πεκούλια. Leo & Conſtantinus A A. ἐκλογῆς *tit.* 17. §. 10. Conſtantinus Harmenopulus προχείρου τῶν νόμων *lib.* 5. *tit.* 2. §. 2. *& ſeq.* §. 10. 12. 14. *& ſeq.* Ταῦτα ἔχει ὡς ἐν περιθεωρίᾳ. Igitur, quemadmodum admonere jam antevertimus, nautarum favore legumlatores multa etiam contra communes regulas ſtatuiſſe manifeſtum eſt. Et ſiquidem vas illud, quod aquæ colligendæ & ſervandæ nautarum unicuique concedi diximus, propter tempeſtatem in mare projiciatur, non conſiderabimus, quanti vas emtum

ſtricto jure illis concedunt: ſi enim ſe gerant uti ſupradictum eſt, nihil fecerunt, niſi quod debitum officii eorum requirit, tam in conſervando res mercatorum, ad quod ſe ſtipulata mercede obſtrinxerunt, quam

DE VICQ.

ſit, aut quanti loco deſtinato venire potuiſſet, ſed loco vini vel aliarum rerum æſtimari debebit. Leges Wisbuienſes, &; Weſtcapellenſes *dd. ll.* Contra ſi aliorum merces in mare projectæ ſint, nautarum vectibilia conſervata, nautæ tamen ad contributionem cogi non debent, ut ut propter amiſſas res aliorum conſecuti ſint, ut merces ſuas ſalvas haberent. in quo benignius cum nautis agitur, quod & pauperculi ſint, & merces illorum tam puſillæ, ut conſiderationem non mereantur. cæterùm ſi vectibilia quantitatem jure definitam longè excedant, ut momenti nonnihil ad damni refectionem allatura videantur, eo caſu non niſi iniquiſſimè nauta immunitatem prætendet. Jus Lubecenſe *lib. 6. tit. 2. art. 2.* Statuta Hamburgenſia *part: 2. tit. 16. art. 7.* præſertim cum conniventia, qua nautis, qui probè & laudabiliter ſe geſſerunt, intributio condonari ſolet, magis videatur fundari ſuper liberalitate, ſeu gratia, quam ſtricto jure. uti etiam obſervavit Jacobus Coren *rerum Iudicatarum obs. 41. pag. m* 273. quo pertinet parabola D. N. Jeſu Chriſti: interrogat enim, quam gratiam habituri ſimus ſervo, ubi tota die vario labore exercitatus ad nos veſperi rediit. Atqui fieri poteſt, ut majori induſtria incubuerit, quam auſi fuiſſemus exigere. Eſto: nihil tamen fecit, quod non ex conditione ſervitutis deberet. Lucæ *cap. 17. vers. 7. & ſeqq.* Johannes Calvinus *Inſtitutionum Chriſtianæ religionis lib.* 3. [illegible] 14. *ſect.* 15.

quam etiam in tuitione bonorum vectibiliumque ſuorum: ut adeo, ſi præfata vectibilia notabiliter excedunt taxam quæ nautis vulgò concedi ſolet, illi pro mercatoribus haberi debeant, unaque cum aliis ad contributionem [t] vocari.

XXVIII. Quamvis autem [u] ſuperius dictum ſit, ejus, quod rumpitur in navi, ceu parationem haberi non debere, cum & id quod frangitum utendi cauſa; tur pejoris ac [29] deterioris notæ fuiſſe videtur: ſi tamen periculum ſit, ne fractæ res

VAN LEEUWEN.

t Vocari.) *Wiſb. Zee-recht art.20.* Coren *decis.41.num.3.in marg. Scheeps-recht van Weſtcappel. art.9.*

u Superius) *Vers.notanter. & ibi notata.*

DE VICQ.

29 Deterioris notæ) Qui navem exercet, ipſo exercitio quaſi profitetur, ſe ſuamque navim idoneam eſſe, cui res tutò credantur. Matthæus Weſenbecius *ff. nautæ, caupones, ſtabularii, &c. n. 5.* Si verò non præſtet navim integram, idoneam, probiſque armamentis inſtructam, tantum abeſt, ut vectores nautæ pro damno inſtrumentorum fractorum conferre debeant, ut & ipſe teneatur ad id quod conductorum intereſt, & damnum mercibus fortè illatum præſtare debeat. Finge enim obortam tempeſtatem, cui validioribus quidem rudentibus reſiſti potuiſſet, ſed funium vitio navi quid accidiſſe: quis hic neget, nautam amiſſa-

res navi impedimentum aut damnum afferant, illæ etiam in catalogum referuntur, & in contributionem veniunt. Verbi gratia, frangitur malus & cum corbe atque antenna dejicitur: ſi magiſter, amovendi fruſti arboris fractæ cauſa, ne ventis agitata

DE VICQ.

amiſſarum mercium detrimentum dominis ſarcire debere, quod non ex marinæ tempeſtatis diſcrimine, ſed ex præcipiti avaritia, aut ſumma negligentia, incuriave accidiſſe adſeveratur? arg. *l. Tenetur.* 6. §. *ſi vas.* 4. *ff. de actionibus emti & venditi. l. Item quæritur.* 13. §. *Si navicularius.* 1. *l. Sed addes.* 19. §. *Si quis dolia.* 1. *& ſeq. ff. locati conducti. l. Cum proponas.* 3. *C. de nautico fœnore.* Conſolato del mare *cap.* 224. 268. 292. Benevenutus Stracha *de nautis part.* 3. *n.* 11. *n.* 41. Hugo Grotius *manuductionis ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 20. *n.* 7. Sed quia præſtat in tempore vigilare, quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere. *l. Sancimus.* 5. *C. In quibus cauſis in integrum reſtitutio neceſſaria non eſt.* Terentius *Eunuchi act.* 4. *ſc.* 6. *vers.* 23. *& ſeq.* & cæteroquin non rarò propter inopiam adverſarii actio eſſet inanis; *l. Nam is.* 6. *ff. de dolo malo.* optimâ ratione ad naviculariorum collegium neminem admitti placuit, niſi qui navem haberet idoneam, probeque inſtructam ancoris, funibus, velis, cæteriſque neceſſariis armamentis. *'t Boeck der Zeerechten, pag. m.* 126. Junge legem Venetis latam in Concilio Rogatorum, *parte preſa nel Conſeglio di Pregadi,* ſubnexam libro Conſulatus maris, *pag. m.* 16. *& ſeq.* Uſque adeo tamen nautæ ratio haberi ſolet, ut ſi ex antenna fecerit aliud quodcunque inſtrumentum magis neceſſarium, damnum antennæ communi contributione ſarciri oporteat. Conſolato del mare. *cap.* 187.

agitata navem impediant, funes aliaque
erecta navis armamenta cædat, ut inquam,
à fracti mali fruſto ſe expediat; eo caſu
non tantum fruſtum arboris, cum corbe,
velis, & antenna, ſed omnia etiam ad-
hærentia venient in contributionem,
haud ſecus atque erecta armamenta, cum
alterum ſine altero amoveri nequeat, id-
que factum ſit evitandi periculi cauſa,
quod inde navi imminebat. Fruſtum au-
tem arboris æſtimabitur ſecundum analo-
giam pretii, quo reſiduum, quod in na-
vi remanſit, venire poteſt.

XXIX. Porro 3° quæritur ſi magiſter
navis ex Hiſpania Arnemudam petens,
multo minus juſto onere receperit, ut lo-
ci plurimum in nave vacet, ubi verò ap-
pulit ad oram Dubris in Anglia, receperit
co-

DE VICQ.

3° Quæritur) Videat, cui lubet, Joannem Loccenium *de jure maritimo lib.* 2. *cap.* 8. §. 10. Taconem Glins ad Edictum Philippi II. *tit. van Schipbreeckinge*, &c. *art.* 8. *in verb. Hadde overladen.* Reinoldum Kuricke *ad jus maritimum Hanſeaticum tit.* 8. *art.* 4. *pag.* 200. qui Quintino ſunt ὁμόψηφοι, & pro confirmatione eſſe poſſunt eorum, quæ hoc loco dicuntur. nos enim jam navibus atque quadrigis ad metam properamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

copiam pretioſorum pannorum Anglicorum, aut ſimilium mercium magni valoris, quas tempeſtate orta circa oram Flandriæ neceſſario in mare projecit. quæritur, inquam, an merces in Hiſpania in navem immiſſæ, quibus nihil commune fuit cum prædictis pannis Anglicanis poſtmodum receptis, teneantur portionem damni præſtare?

Reſpondemus teneri, propterea quod nauta recipiendo pannos Anglicanos, illos inter & reliquas res merceſque, quæ in navi erant, invicem [31] tacitam contraxerit ſocietatem communionemque & fœdus

DE VICQ.

[31] Tacitam Societatem) Quamvis hic aliqua expreſſa conventio inter eos qui in eadem navi ſunt, interceſſiſſe dici non poteſt: neceſſitate tamen (qua urgente omnia communia ſunt) tacita quædam contractæ ſocietatis conventio conſtituta cenſetur. *Can. ſicut ii.* 8. *diſt.* 47. Gloſſ. *in Can. Ius autem. diſt.* 1. Quapropter quemadmodum ſi quid naufragio perierit, toti id ſocietati perire Ulpianus ſcripſit: *l. Cum duobus.* 52. §. *Quidam.* 4. *ff. pro ſocio.* ita quoque quod jactu amiſſum eſt, ad tacitam ſocietatis conventionem communeque damnum pertinere exiſtimandum erit. Petrus Peckius *ad l.* 2. *vers. Quid enim. in verb. Æquiſſimum. ff. h. t.* Vinnius notat: Imo non ſatis ſubtiliter dicitur, jure aliquo ſocietatis peti hanc contri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

contributionem: nulla enim ſocietas eſſe poteſt, ſine communione lucri: & alias domini jactarum mercium, qui cum aliis vectoribus directo agere non poſſunt, actione pro ſocio experiri cum his poſſent. Quid igitur conſilii ad conſequendum factæ jacturæ hoſtimentum? Proditæ ſunt, pro modo negotii geſti, variæ actiones. Competit vel actio locati, vel conducti, vel præſcriptis verbis. Locati, ſi vectores merces vehendas locaverunt. Conducti, ſi partem navis, loca quædam in nave conduxerunt. *l. 2. pr. h. t. l. Et ita de facto. 3. §. Ait Prætor. 1. ff. nautæ, caupones, &c.* Fulgoſius *ad d. pr.* Hoc percepto difficile haud erit ad difficultates, quæ in *d. l. 2.* occurrunt, reſpondere. Quamvis & probabiliter dici poſſit, Paulum, vel Pandectarum conſutarios non ſatis accuratè hæc diſtinxiſſe, & vocum locati & conducti una pro altera fuiſſe uſos. Junge *d. l. 2. princ. cum §. 2. §. ſi res. 7.* Paulus de Caſtro *ad. l. 1. h. t. n. 1.* Franciſcus Duarenus *cap. 4.* Henricus Zoeſius *n. 1. d. t.* Quod ſi autem dubium ſit, & incertum, hoc an illo modo negotium geſſerint, id eſt, merces vehendas locaverint, an navem conduxerint: ſi neſciatur, quemadmodum contraxerint cum magiſtro navis, civilem actionem in factum, id eſt, præſcriptis verbis, dandam eſſe Labeo ait. *l. 1. §. 1. ff. de præſcriptis verbis, & in factum actionibus.* ubi Jacobus Cujacius *ad Papinianum lib. 8. quæſtionum.* Idem *obſervationum lib. 2. cap. 28. lib. 3. cap. 2.* & latiſſimè *ad l. 2. pr. h. t.* Benevenutus Stracha *de navibus part. ult. n. 6. & ſeqq.* Joh. Jac. Wiſſenbach *eod. tit. thes. 8.* Sed hæc ſunt contemplationis Academicæ. Nam cum jure Canonico, *Cap. 6. extr. de judiciis.* quod mores ſequuntur, non ita ſubtiliter attendatur, cujuſmodi actio intentetur, & ſatis ſit ſimpliciter & purè factum ipſum ac rei veritatem narrare, adeoque agere διηγηματικῶς, uti loquitur Theophilus *ad §. 1. Inſt. de exceptionibus*, vix eſt, ut illius ſcrupuloſitatis hodie ullus poſſit eſſe uſus. Jacobus Cujacius *ad d. cap. 6.* Abbas Panor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

fœdus eorum, quæ his illiſve in itinere v occurere poſſint. neque tamen mercatores, qui res ſuas in Hiſpania in navem immiſere, magiſtrum eo nomine convenire poterunt: etenim nautis conceſſum eſt, dummodo non deflectant extra curſum, donec plenum onus ferant, merces in navem recipere, quamvis etiam mercatores in Hiſpania proteſtati eſſent de damno extra curſum dato. cum enim magiſtri recipientes in navem alias merces, modo curſum non mutent, quæſiverint commodum utilita

DE VICQ.

Panormitanus *Practicæ cap.* 41. *n.* 16. Dionyſius Gothofredus *Praxis civilis lib.* 2. *tit.* 13. *pag. m.* 1386. Petrus Coſtalius *ad l.* 6. *ff. de R. V. n.* 9. Paulus Buſius *ad rubr. ff. de edendo. n.* 24. *& ſeqq.* Petrus Gudelinus *de jure noviſſimo lib.* 4. *cap.* 5. *vers. Tertium.* D. Præceptor Cyprianus Regneri *ad Inſt. diſp. de locatione & conductione. th.* 4. Val. Andr. Deſſelius *apud Henr. Zoeſium ad* §. 3. *d. t. n.* 12. Everhardus Bronchorſt *miſcellanearum controverſiarum lib,* 1. *cap.* 43. Simon à Groenewegen *ad pr. Inſt. de actionibus.* Arnoldus Vinnius *Iuriſprudentiæ contractæ lib.* 4. *cap.* 2. *lit.* K. Antonius Matthæus *de judiciis diſp. ult. th.* 41. Simon van Leeuwen *juris Romano-Hollandici lib.* 5. *part.* 13. *n.* 4. Hieroſme Mercier *dans ſes remarques ſur les Inſtituts tit. de actionibus. pag. m.* 459. Claude Colombet *dans ſon abregè de la Iuriſprudence R. part.* 1. *titr.* 18. *pag. m.* 43. *& ſeq.* Antoine d'Eſpeiſſes *dans ſa practique titr.* 1. *n.* 30.

VAN LEEUWEN.

v Occurrere) *Arg. l.* 31. *in verb. communiter autem. D. pro ſocio.*

utilitatemq; exercitoris, hic etiam tenetur illis refundere, ſi quid detrimenti capiant, per conſequens caſum fortuitum præſtare non tenentur. Sed ſi magiſtri [32] de curſu deflectant, regredi poteſt mercator adverſus eos, non ſolum ejus nomine, quod contulit ad damnum ſarciendum, ſed & damni quod paſſus eſt, quoniam ejus merces tardius in forum delatæ ſunt, ut jam emtorem vix reperiant.

XXX. Con-

DE VICQ.

[32] De curſu) Modeſtinus in *l. Non ſolum*. 10. §. *Annus*. 3. *ff. de excuſationibus*. meminit τῆς ὁδοῦ εὐθείας, καὶ τῆς ἐκ περιόδων, *viæ rectæ, & ejus, quæ eſt ex circuitibus:* atque hanc illi opponit, & contradiſtinguit. & recta quidem via eſt, non tantum illa, quæ recta quaſi linea ducta & ad amuſſim domum ducit, ſed ea etiam quæ per obliquum, & per ambages. At περίοδος ſive circuitio eſt circularis per longos receſſus hinc inde quæſita deviatio. Ideoque Modeſtinus rectam & obliquam viam non opponit, ſed pro eodem accipit: at circutionem & deviationem ſtudioſe quæſitam rectæ opponit viæ. Neque enim tam viæ rectitudinem & obliqui curſus qualitatem conſiderat, quam ſimul proficiſcentis animum intuetur, quo videlicet conſilio circuitus & orbiculares ambages quæſierit. Uſitatas itineris ambages non reprehendit: inuſitatas & maligno conſilio quæſitas improbat. & devia quidem inuſitata fiunt arbitrio privato per longos receſſus: obliqua verò itinera, & per ambages circumducentia uſitata, non conſtituuntur cujuſque utentis opinione ac voluntate, ſed populi totius conſuetudine. Johan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

Johannes Goeddæus *ad l. Itinere.* 3. *ff. de V. S. n.* 15. *& ſeq.* Eadem diſtinctio huc applicari poteſt: quis enim à nauclero, (cujus curſus ſæpiſſimè eſt, non quo ille vult, ſed quo flatus impellit) exigat curſum tam rectum, ut nullibi quaſi à recta linea declinare, vel per obliquum & uſitatas ambages vela dirigere & proficiſci videatur? Ille verò culpa minimè caret, qui recta navigatione contemta, littora devia, per multos circuitus inuſitatos, ſtudioſe ſectatur. *l. Qui fiſcales.* 7. *C. de naviculariis, &c. lib.* 11. *tit.* 1. imò dolus præſumitur in eo, qui præter conſuetum quid agit, aut non recta via, ſed per devia incedit. Everardus *conſil.* 45. Elbertus Leonin. *conſil.* 23. *n.* 5. Antonius Perezius *Cod. lib.* 12 *tit.* 51. *n.* 9. adeoque amiſſarum mercium detrimentum adſcribetur nautæ, ſi ſcilicet inde contigerit, quod inuſitatis circuitionibus divagatus, aut adverſus pacta, ut certa regione & certo mari navigaret, loco navigii non ſervato vela aliò direxerit, itaque cauſam vel occaſionem damni dederit. *l.* 1. §. *Igitur.* 12. *ff. de exercitoria actione. l. Cum proponas.* 3. *C. de nautico fœnore.* Bartolus *in antiqua lectura d. l. n.* 3. Elb. Leoninus *conſil.* 17. *n.* 5. *& ſeq.* Cæterum ſi propter neceſſitatem adverſæ tempeſtatis, vel navis reficiendæ, armamentorumque comparandorum cauſa, vel metu piratarum prædonumve, aliò ſponte proram direxit, vel invitus delatus eſt, ibique damnum paſſus, id condonabimus neceſſitati, cui ne Dii quidem reſiſtere dicuntur. arg. *l. Cæſar.* 15. *l. Interdum.* 16. §. *Si propter.* 8. *ff. de publicanis, &c.* Benevenutus Stracha *de nautis part.* 3. *n.* 6. *& ſeq.* Joſ. Gibalinus *de univerſa rerum humanarum negotiatione. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *art.* 9. *n.* 4. etenim quem ventus aliquo detulerit, is per vim agitur, cujus principium extra eſt, & ejuſmodi, nihil ut ὁ πάσχων, *qui patitur* adferat adjumenti, & cui nec renitendo poteſt obſiſtere; quippe qui Æolum ſuperare non poteſt. Ariſtoteles *Ethicorum Nicomachiorum lib.* 3. *cap.* 1. *pag. m.* 93.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

XXX. Contrarium uſu receptum eſt in cauſis eorum, qui periculum in ſe ſuſcipiunt, ſive aſſecuratorum: quamvis enim aſſecurator ſecundum tenorem inſtrumenti aſſecurationis ſe conſtituat loco eorum quibus cavit, obligans ſe 33 ad omnia

DE VICQ.

n. 93. Joannes Caſus *Speculi quæſtionum moralium lib.* 3. *cap.* 1. Unde DD. inferre ſolent, ne quidem portorium deberi ab iis, qui non ſua ſponte, ſed vel tempeſtatis magnitudine, vel hoſtium piratarumve metu perterriti in alium, quam quo tendebant, portum fuerint delati. arg. *dd. ll.* Bartolus *ad l.* 1. *C. de naufragiis. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 1. & *ſeq.* Paulus Caſtrenſis, Ludovicus Romanus *n.* 3. *ad d.* §. *Si propter.* 8. B. Stracha *de navibus part.* 2. *n.* 26. Petrus Peckius *ad d. l. Qui fiſcales. ipſi l.* 5. *n.* 2. Antonius Matthæus *de auctionibus lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 27. Tractatus inter Anglos Belgaſque concluſi *ann.* 1654. 5. *April. art.* 18. item *ann.* 1662. $\frac{4}{14}$ *Septembr. art.* 17. & denique *ann.* 1667. 31. *Iulii, art.* 25. Tractatus mutui commercii inter Galliarum Regem & Belgas Fœderatos *ann.* 1662. 27. *April. art.* 23. Joh. Brunnemannus *ad l. Si quando.* 1. *C. de naufragiis lib.* 11. *tit.* 5.

33 Ad omnia) Qui accepto pretio ſecuros periculi jubent eſſe mercatores res ſuas per mare trajicientes, præſtare tenentur quodcunque damnum obveniens in mari, ſive propter tempeſtatem, incendium, vim hoſtilem, prædonum maritimorum incurſum, & repræſalias, ſive per fraudem, dolum malum, aut culpam negligentiamque nautarum aliorumve quorumlibet, navi mercibuſve illatum: nec diſtinguemus, caſus occurrat

rat ſolitus, & qui prævideri aut præcogitari potuit, an inſolitus, contra conſuetudinem, & improviſus, inopinatus, quem nullum humanum conſilium providere poteſt, uti habet *l.* 2. §. *Si eo tempore.* 7. *ff. de adminiſtratione rerum ad Civitates pertinentium.* Petrus Santerna *de aſſecurationibus part.* 3. *n.* 61. *& ſeqq.* Benevenutus Stracha *d.t. gloſſ.* 15. *gl.* 20. *n.* 2. *gl.* 22. Hugo Grotius *manuductionis ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 24. *n.* 21. Antonius Perezius *Cod. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 22. uſque adeo ut nihil referre putemus, quamvis magiſter citra mandatum aut neceſſitatem ſponte & proprio motu ad portus devios, quorum in inſtrumento aſſecurationis mentio non fit, temere deflexerit. cæterùm ſi conſenſu aut mandato ejus, cui rem ſalvam fore cautum eſt, deſtinatum iter mutaverit, appellendo ad alias oras, quam de quibus conventum, ſolvitur obligatio aſſecuratoris, neque ille ad damnum ſarciendum amplius conveniri poteſt. Ordinatio Philippi II. *ult. Octobr.* 1563. *de aſſecurationibus art.* 6. *& ſeq. Ordonnantie van Aſſeurantie der Stadt Rotterdam. art.* 11. B: Stracha *d. t. gloſſ.* 14. *n.* 3. Gerard Roſeboom *Sylloges conſuetudinum Amſtelodamenſium tit.* 30. *art.* 7. H. Grotius *d. part. n.* 25. *& ſeq. part.* 29. *n.* 27. Simon van Leeuwen *juris Romano-Hollandici lib.* 4. *part.* 9. *n.* 9. nec mutat, quod ex tenore inſtrumenti magiſtro poteſtas ſit, navigandi prorſum, retrorſum, flectendi dextrorſum, lævorſum, & ab omni latere: atque ex neceſſitate vel ſponte divertendi ad eos portus, qui magiſtro opportuni videbuntur. Hoc namque accipiendum eſt, *il viaggio non mutato*, modo non mutet deſtinatum iter, uti diſertè exprimit formula Anconitana. quæ clauſula ad dirimendas lites & cavillationes aſſecurantium neceſſaria eſt, judice B. Stracha *d. gl.* 14. *in. pr.* utcunque verò non expreſſa ſubintelligi tamen debet, neque aſſecurator, qui unum onus ſuſcepit, duplici onere gravandus eſt. Liberalitatem enim captioſam inter-

omnia pericula x cogitata vel non cogitata, ſecundum conſuetudinem Londinenſem vel burſæ y Antverpienſis, ſi tamen magiſter navis extra directum curſum, proprio conſilio, non compulſus tempeſtate aut procella deflectens jactum fecerit, ejus averſor periculi, qui ubique gaudet pupilli privilegiis, rationem habere non tenetur: non enim ſe obſtrinxit ad pericula extra viam ordinariam contingentia, atque ideo mercator regreſſum habebit ad z magiſtrum.

XXXI. Quamobrem magiſtri probè meminiſſe debent, ut ſi mercatores plenum onus non immittant in navem, juxta tenorem inſtrumenti nautici, tum teſtato

DE VICQ.

interpretatio prudentium fregit. *l. Cum Aquiliana. 5. ff. de tranſactionibus.* Rotæ Genuæ *decis.* 63. Joannes Wameſius *cent. 4. conſil. 24. n. 5. & ſeqq. conſil. 25.* Elbertus Leoninus *conſil. 23.*

VAN LEEUWEN.

x Cogitata) De definitione aſſecuratorum & aſſecurationis, vide *Strach. in tract. de aſſecurationibus in præfat. num.* 46.

y Antverpienſis,) Vide *Conſuetudines Antverpienſes tit.* 54.

z Magiſtrum.) Vide *Ordinationem de Aſſecurationibus art. 7. Conſuetud. Antverp. tit. 54. art. 12. Grot. manud. lib. 3. tit. 24. num. 26.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

to denuncient illis eorumve inſtitoribus, per ſe non ſtare quo minus plenum onus recipiant, atque ita redeant domum cum iis, quæ in navem immiſſa ſunt.

Quod ſi mercator nihil in navem immittat, licebit magiſtro (poſt denunciationem modo memoratam) de via deflectere vecturæ quærendæ cauſa: atque illa deminuet ſummam, quam magiſter à mercatore ſtipulatus erat: ſi vero navis in itinere pereat, mercator nullo modo obligatus eſt, tametſi per eum ſtetit, quo minus magiſtro onus vehendum traderet.

XXXII. Atque ex ſupra dictis pendet definitio quæſtionis, ſi mercator totam navem conduxit, ea conditione, ne magiſter alias merces recipiat quam ipſius, & mercator, pro tenore inſtrumenti nautici, magiſtro plenum onus dedit, nihilominus tamen magiſter quaſdam ſarcinas ab aliis mercatoribus receptas in foris collocavit, eaſque poſtea tempeſtate procellaque orta projecit in mare, quæritur, inquam, an mercator, qui totam navem

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

conduxit & oneravit, jacturam ſarcinarum præſtare teneatur?

Reſpondeo, dominum ſarcinarum acturum in reliquas merces in navem [α] immiſſas, ut ex iis ſibi damnum reparetur, quæ propter amiſſas ſarcinas ſalvæ ſunt, & tamen in communi periculo [β] fuerunt:
34 haud ſecus ac duo compotores hoſpitæ

VAN LEEUWEN.

α Immiſſas,) *Arg. d. l. 31. in verb. Communiter autem. D. pro ſocio.*

β Fuerunt:) *Arg. d. l. 2. in fin. pr. & §. 2. in fin. D. ad l. Rhod.*

DE VICQ.

34 Haud ſecus ac) Hoc exemplum non ſatis appoſitum videtur. Joannes Loccenius *de jure maritimo lib. 2. cap. 8. §. 10.* cætera Quintino accedit: quemadmodum & Taco Glins *ad Edictum de naufragio, jactu, & avaria. art. 8. in verb. Alleenlijck komen ten laſte.* Jus navale Rhodiorum *cap. 22.* ſic habet: Exercitor (ὁ ναύκληρος, pudet erroris, quem & nuper notavimus, & confutavimus) nihil ſecum ferat præter aquam, & commeatus, & funes, quorum in navibus uſus eſt, & cætera navibus neceſſaria, ἀνήκοντα, ſi quidem mercator navim totam ſecundum conventiones inſtrumentorum oneraverit. Sin nauclerus alias poſtea merces inferre voluerit, ſi quidem ipſa navis earum capax eſt, imponat: ſin autem mercator coram tribus teſtibus nauclero & nautis ſemet opponat, ac ſi jactus ſequutus fuerit, damno naucleri erit. Sin mercator haud prohibuerit, in contributionem veniant: adde leges Wiſbuienſes *art. 42.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

tæ ſolvere tenentur ſumtus ſympoſii, non obſtante contractu aut pacto inter eos inito.

Atque hujuſmodi mercator habet actionem in rem [35] adverſus dominos mercium, quos ad damnum ſarciendum conferre oportet: quibus tamen datur regreſſus adverſus magiſtrum; qui licet navim totam locavit, tamen contra contractum nauticum alias merces recepit.

Pro-

DE VICQ.

[35] Adverſus dominos) Jure R. illi, qui communis utilitatis gratia, communis periculi amovendi cauſa, διὰ τὴν κοινὴν σωτηρίαν, Michaël Attaliata *Synopſis tit.* 48. §. 11. damnum paſſi ſunt, agere debent cum magiſtro navis, quicum contractus locati aut conducti initus eſt: *l.* 2. *pr. ff. de lege Rhodia de jactu.* Rotæ Genuæ *decis.* 109. Vectores quod attinet, quorum ſimul cum nave merces ſervatæ, quoniam domini jactarum mercium nullum cum illis negotium contraxerunt, nullam etiam actionem adverſus eos habere poſſunt. §. *Omnium.* 1. *Inſt. de actionibus.* Franciſcus Duarenus *h. t. cap.* 2. Melius tamen eſſet, ut via recta agerent damnum paſſi ſublato circuitu. arg. *l. Dominus teſtamento.* 53. *ff. de condictione indebiti.* verba ſunt Accurſii *ad d. l.* 2. *in verb. Agere poteſt.* quem ſequuntur Antonius Matthæus *h. t. th.* 18. Joh. Jac. Wiſſenbach *C. Ut nemo invitus agere, &c.* Contra quibuſdam iniquum videtur, in plures adverſarios, non tantùm ignotos, ſed & qui ſæpe alio properent, ac

nave

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

ave egreſſi diffluant & dif-
ugiant, diſtringi eum, qui
um uno contraxit. *l. Et an-
illarum.* 27. §. *Si quis.* 8. *ff. de
eculio. l.* 2. *ff. de exercitoria
ctione. l. Jam tamen.* 5. §.
i tamen. 7. *ff. judicatum ſolvi.*
Petrus Peckius *ad l.* 2. *pr. h.*
n. 4. Joſ. Gibalinus *de uni-
verſa rerum humanarum nego-
iatione. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *art.*
). *n.* 16. ut ut ſit, domini pro-
jectarum mercium inten-
dunt, ut magiſter navis, niſi
malit actionem præſtare, arg.
l. Quod debetur. 51. *ff. de pe-
culio. l. Quod ſi.* 16. §. *Idem
Iulianus.* 7. *ff. de hereditatis
petitione. l. ſi ut certo.* 5. §.
Rem tibi dedi. 12. *ff. Commo-
dati, vel contra. l.* 2. §. *Per-
veniſſe.* 3. *ff. de hereditate vel
actione vendita.* Antonius Fa-
ber *C. Ut nemo invitus, &c.
def.* 1. *n.* 1. Antonius Pere-
zius *eod. n.* 3. Arnoldus Vin-
nius *ad l.* 2. *pr. h. t. lit. c. &
ad §. ult. lit. a.* agat cum om-
nibus, quorum interfuit ja-
cturam fieri. *l.* 2. *pr. & §.
Cum in eadem.* 2. *h. t.* Albe-
ricus Gentilis *advocationis
Hiſpanicæ lib.* 1. *cap.* 14. *pag.
m.* 64. Quamvis enim conſti-
tutum ſit, neminem invi-
tum agere cogendum, *l. un.
C. Ut nemo invitus agere, vel
accuſare cogatur.* calumnia-
toris tamen notam effugere
non poterit, qui huic nego-
tio illam Conſtitutionem
præſumat applicare. Nimi-
rum ſenſus illius eſt, inter-
prete ipſo legum parente,
(ita vocatur Iſidoro Hiſpa-
lenſi *de geſtis Longobardorum
lib.* 1. *cap.* 25. Thomæ Rivio
*in defenſione Iuſtiniani. pag.
m.* 3.) Juſtiniano, *μηδένα τὰς
οἰκείας, τὰς ἰδίας ἐναγωγὰς ἀναγ-
κάζεσθαι ἄκοντα ἐγυμνάζειν,*
*neminem actiones ſuas, pro-
prias, exercere nolentem com-
pelli. Nov.* 112. *cap.* 3. *pr. &
§.* 2. *in fin.* neminem, in-
quam, cui in aliquem actio
eſt, ab eo cogi poſſe, ut ea
experiatur: extra quam ſi
cogentis & provocantis in-
terſit. *l. Pupillus.* 4. *C. de
uſuris pupillaribus.* Gloſſo-
graphus, *in verb. Invitus.*
Paulus de Caſtro *n.* 1. Fulgo-
ſius, Salycetus, Tuldenus
n. 3. Cujacius in paratit *d.
t. C. Ut nemo invitus &c.*
Dionyſius Gothofredus *pra-
xis civilis lib.* 2. *tit.* 4. *pag. m.*
514. At verò ne in poteſtate
magiſtri ſit, jure ſuo cæteros

DE VICQ.

privare; cum illi nulla alia via ſibi debitum conſequi queant, merito magiſter procurare tenetur, ut dominis jactarum mercium, ab iis, qui res ſuas habent incolumes, ſatisfiat. Paulus de Caſtro *d. t. n.* 4. Id obtinere poterit, eos quidem, qui nullas habent ſarcinas, ſed habent tamen gemmas, aut veſtes pretioſas, aut margaritas, aut annulos, ultro actione locati pulſando: Matthæus Weſenbecius *h. t. n.* 3. cæterorum autem, qui ſarcinas in navem intulere, etiam ſarcinas retinendo. *l. 2. pr. & §. 2. h. t.* atque hoc quidem utilius eſt, & commodius; tum, quia plus cautionis in re eſt, quam in perſona. *l. Plus cautionis.* 25. *ff.* de *R. I. l. Itaq.* 12. *§. Sed & ſi.* 2. *ff.* de *furtis. § Unde conſtat.* 14. *Inſt. de obligatio nibus, quæ ex delicto naſcuntur.* tum, quia favorabiliores rei, quam actores habentur. *l. Favorabiliores.* 125. *ff. de R. I. Wisbuyſche Zee-rechten placit.* 57. Edictum Philippi II. *tit. van den Schippers ende cooplieden art.* 13. *Zee-rechten van Weſtcapelle art.* 10. Ordinatio Friſica *lib.* 1. *tit.* 19. *art.* 13. *tit.* 20. *art.* 19. Conſolato del mare. *cap.* 96. *c.* 267. *cap.* 272. Rotæ Genuæ *decis.* 109. Hugo Grotius *manuductionis ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 20. *n.* 23. Johannes Marquardus *de jure mercatorum lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 16. *n.* 39. Si qui ſint nullas quidem habentes ſarcinas, & quos magiſter vexit gratis, qui tamen habeant gemmas, aliave pretioſa, quorum nomine in damni contributionem venire debent, *l.* 2. *§. Cum in eadem.* 2. *h. t.* licet nullus hic contractus initus ſit, adeoque non competat actio locati, illi tamen ad contributionem compelli poterunt actione in factum Prætoria, ſubſidiaria, quæ omnium actionum eſt extrema, & quando æquum eſt actionem dari, nunquam non ſuppetit. *l. Quia actionum.* 11. *ff. de præſcriptis verbis, & in factum actionibus.* Accurſius *ad rubr. & l. Quoties.* 21. *ff. eod.* Jacobus Cujacius *ad l.* 2. *pr. h. t.* Cæterùm ex eo, quod diximus, licere magiſtro illata in navem retinere pro con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

ɔntributione, cave putes ea ıagiſtro jure taciti pignoris, l eſt, hypothecæ eſſe obligata. Etenim pignoris jure, *ἐνέχυρον, quaſi pignus*, ut ⁝ræci *ad l. 5. ff. ad exhibenum.* quid retineri poſſe, ɔnge diverſum eſt à vero ure pignoris & hypothecæ, ·g *l. Iulianus. 13. §. Offerri. ff. de actionibus emti, & enditi. l. Hereditatis. 22. ff. e hereditate, vel actione venita. l. Quod ſi. 31. §. Idem tarcellus. 8. ff. de ædilitio eicto, &c: l. Si is. 11. §. Si ὑπόχρησις. j. l. ff. de pignoribus, &c. l. In rebus. 18. §. Quod utem. 4. ff. Commodati, vel ontra. l. Creditoris. 15. §. ed eum. 2. ff. de furtis.* quod on tantum retentionem, ſed tiam rei perſecutionem triuit. *§: Item ſerviana. 7. nſt. de actionibus.* Reinharus Bachovius *de pignoribus ib. 1. cap. 13. n. 7.* Jam verò nec actionis hypothecaiæ, quaſi Servianæ, nec taitæ hypothecæ conceſſæ nagiſtro ulla lex meminit: onvenit autem inter omnes ine expreſſa lege tacitam, legalem hypothecam non competere. Arnol. Vinnius *ad l. 2. pr. vers. Quid enim. lit. e. & ad §. Si quis. 6. lit. a. & b. h. t.* Jo. Loccenius *de jure maritimo lib. 3. cap 4. n. 4.* Simon van Leeuwen *cenſuræ forenſis lib. 4. cap. 29. n. 8.* Joh. Marquardus *de jure mercatorum lib. 2. cap. 10. n. 37: & ſeq.* Reinoldus Kuricke *illuſtr. quæſtion. 11.* Diſſ. Gloſſ. Bartolus, & DD. *ad l. Interdum. 5. & ſeq. ff. Qui potiores in pignore, &c.* Baldus *ad l. 5. C. de locato & conducto. quæſt. 4.* Antonius Neguſantius *de pignoribus part. 2. membr. 4. n. 140. & ſeq.* Benevenutus Stracha *de navibus part. 3. n. 29. & ſeq.* Petrus Coſtalius *ad l. 2. h. t.* Petrus Peckius *ad d. vers. Quid enim. & ad d. §. Si quis. 6.* quorum ſententiam uſus comprobavit. Gerard Rooſeboom *Sylloges juris Amſtelodamenſis tit. 37. §. 22:* Hugo Grotius *manuductionis ad jus Hollandicum lib. 2. part. 48. n. 24. lib. 3. part. 29. n. 9.* Antonius Matthæus *de auctionibus lib. 1. cap. 19. n. 35.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Propter has autem ſimileſque cauſas rectè magiſtrum γ Galli vocant *Maiſtre du navire*. quamvis enim totam navem obligarit priori mercatori, tamen ceu magiſter navis, poteſt, licet ſuo periculo, adverſus contractum nauticum venire: at vero tertio, cum habet jus commune pro ſe, ut hic, aliis contractibus & conventionibus præjudicium aut damnum inferre δ non poteſt.

XXXIII. Quæritur tempeſtate gravi oborta jacta eſt ciſta, in qua mercator aſſe-

VAN LEEUWEN.

γ Galli vocant) Noſtro idiomate, *Schipper*, quaſi *Schip-Heer*, *Schipperen Schip-Heeren* per contractionem: prout etiamnum ex antiquis ſcripturis liquere poteſt. Ita nec ii, quorum merces jactæ ullam actionem habent adverſus reliquos, quorum merces ſervatæ ſunt, ut detrimentum pro portione communicetur: ſed nauclerus, ut magiſter navis, cum illis agere debet: qui etiam ſi recuſet, aut non ſatis vigilet, conſtringi & cogi poteſt ut merces retineat, donec damnum datum collationis conſortio ſarcitum ſit. *l.* 2. *in pr. D. ad leg. Rhod.* quæ agendi ratio & alias uſitata eſt. *l. Cum in plures annos.* 60. §. *Meſſem.* 5. *ff. locati. l. Julianus.* 13. §. *pen. D. de act. empt. l.* 75. §. *ult. D. de leg.* 1. *&* *d. l.* 2. *in pr. &* §. *pen. D. ad l. Rhod.*

δ Non poteſt.) Res enim inter alios acta aliis præjudicare non poteſt. *l.* 63. *D. de re jud. & tot. tit. Cod. Res inter al. act. vel jud. al. non noc.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

aſſerit [3] pretioſa cimelia, margaritas, & baccas fuiſſe, quomodo inde æſtimatio & contributio facienda ſit?

Inſpiciendæ erunt rationes ſcribæ, quantum pro ciſta vecturæ ſolutum ſit, & qua mercede illam vehendam locarit, quoque loco collocata ſit, à quo pretioſa illa emerit, item quantum portorii nomine ſolverit, cum ſimilibus circumſtantiis. quantum autem portorii & locati nomine ſolutum eſt, tanti ciſta æſtimabitur in catalogo, ut ut aliunde liqueret, cimelia

DE VICQ.

3 Pretioſa cimelia,) Si vector navim ingreſſus, aurum vel aliud quid habeat, id apud nauclerum deponito. Sin re non depoſita dixerit, aurum vel argentum ſe perdidiſſe, irrita ſunto quæ ab ipſo dicuntur: nauclerus tamen & nautæ, cum iis, qui ſimul navigant, jusjurandum præſtent. Jus navale Rhodiorum *cap.* 13. Planè ſi manticularius coactor ſacculum aut follem depoſuerit, lupinos potius in eo, quam uniones fuiſſe, credendum eſt. Sed hæc δευτέρας φροντίδας requirunt. interim remittimus lectorem ad Conſolato del mare. *cap.* 254. Leges Wisbuienſes *art.* 38. Hugonem Grotium *manuductionis ad jus Hollandicum lib.* 3. *part.* 29. *n.* 13. Simon. van Leeuwen *juris Romano-Hollandici lib.* 4. *part.* 31. *n.* 4. *cenſuræ forenſis lib.* 4. *cap.* 29. *n.* 6. Reinoldum Kuricke *illuſtr. quæſt.* 32.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

lia aliave pretioſa in ea fuiſſe, quorum nulla habebitur ratio: propterea quod ea ſeparari oportuit, neque cum vilibus miſceri: atque ita quidem conſervata fuiſſent. cæteroqui malum conſilium conſultori [e] peſſimum.

XXXIV. Magiſtri ſibi caveant, ne merces mercatorum collocent [37] in foris, ſed commode eas condant cogantque ſub valvis fororum: alioqui ſi merces

VAN LEEUWEN.

e Peſſimum.) Conventienter huic conſuetudini placito *ult. Octobr.* 1563. *tit. van Schipb. art.* 5. cautum eſt, ut ſi quis in navi ſit, qui in ciſtis ſuis aut ſarcinis, nummos, aurum, gemmas, aliaſve res pretioſas habeat, teneatur in tempore, antequam jactus fiat, id indicare magiſtro navis: alioqui in putanda contributione, earum rerum non alia ratio habebitur, quam ſi tales ciſtæ & ſarcinæ fuerint, quales extrinſecus apparebant.

DE VICQ.

37 In foris,) Poſt hæc, Athenienſes, illo Boſpori relicto, Lampis in altum provectus, naufragium fecit, non procul a mercatu. Completa enim jam navi, ut audimus, ultra quam oportebat, etiam mille coria ἐπὶ τὸ κατάστρωμα, *in tabulatum*, Italis, *ſopra la coperta*, accepit: unde contigit, ut navis interiret. Demoſthenes *adverſus Phormionem. pag. m.* 941. *& ſeq.* Quamobrem ut ut quis non laceret veſtimenta more furioſorum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

ces aſperſæ, corruptæ, aut jactæ fuerint, mercatori damnum refundere tenentur: præſumitur enim navis onere depreſſa, adeoque hujuſmodi damnum culpa magiſtri eveniſſe. quod cum hodie minus obſervetur, multum inde detrimenti atque infortunii oritur: quippe cum holcades ferè tantum mercimoniorum in foris collocent, quantum Britannica, ordinariæ capacitatis, univerſa capere poteſt.

DE VICQ.

parcat tunicis licet atque lacernis,
Curatoris eget, qui navem mercibus implet
Ad ſummum latus, &c.

Juvenalis *Satyr.* 14. *pag. m.* 139. Scilicet attendere debet magiſter, ne navis minus, vel plus æquo, neve in foris, vel prætoriolo, *in der Cajute*, omnino oneretur, ſed ita mercibus & ſaburra illi proſpectum ſit, ne vel ob levitatem periclitetur, vel propter nimium onus jactum facere neceſſe ſit. Jus maritimum Hanſeaticum *tit.* 3. *art.* 2. Quemadmodum enim qui oneri publico ſarcinam privatam imponit, non in diſpendium ſolum, atque naufragii damnum tenebitur obligatus, verùm etiam publicæ coërcitionis experietur vigorem: *l. un. C. Ne quid oneri publico imponatur. lib.* 11. *tit.* 4. Baſilicῶν *lib.* 53. *tit.* 8. §. 49. Jus Græco-Romanum *tom.* 2. *pag. m.* 277. ita nec impune ferent mercatores, ſive nautæ qui navem plus æquo onerant, vecturæ duplicationi, & ut copioſiſſime merces abducant, intenti: tantum abeſt, ut eo caſu jacturæ damnum communi tributo ſarciatur, reparetur. Si enim nave ultra modum one-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

onerata merces perierint, aut deteriores factæ ſint, damnum præſtare tenentur: quia fuit in eorum arbitrio ita navem non onerare: & culpa eſt, quod cum a diligente provideri potuit, non eſt proviſum. arg. *l. Qua actione. 7. §. Sed ſi quis. 2. l. Si ſervus. 27. §. Si mulier. 23. l. Si putator. 31. ff. ad legem Aquiliam. l. Qui in ſulam. 30. §. Qui mulas. 2. ff. locati conducti.* Accurſius *ad d. §. Sed ſi quis. in verb. Fuit.* Conſolato del mare. *cap. 183. Wiſbuyſche Zeerechten art. 42. Placaet van Coningh Philips, ult. Octobr. 1563. tit. van Schipbreeekinge, &c. art.*8. Statuta Veneta *tit. Leggi civili: pag. m. 302. & ſeq. pag.* 311. item ea, quæ poſt Conſulatum maris comparent, *pag. m. 12. p. 16. & ſeqq. p. 22. & ſeqq.* Statuta Friſiæ *lib. 1. tit. 21. art.* 8. Benevenutus Stracha *de nautis part. 3. n. 13. & ſeq.* Antonius Perezius *Cod. lib. 11. tit. 4. n. 2. & ſeqq.* Rectè autem Veneti *d. pag. 302.* obſervant, ex duabus præcipue cauſis contingere, quod naves ſæpiſſime fluctibus quaſſæ deprimantur, aut diripiantur a prædonibus: videlicet quod, foris impeditis, impediatur & tormentorum uſus, adeoque neceſſaria defenſio: (id quod & Hamburgenſes agnoſcunt. *Admiralſchaft Ordnung der Stadt Hamburg art.* 8.) & quod nautæ ſpreto marinæ tempeſtatis diſcrimine non minus audacter hyberno, quam æſtivo tempore maria frequentent. Quæ verba nos monent, ut licet ſit minus πρὸς Διόνυσον, tamen ne charta relinquatur inanis, pro corollario adjiciamus quædam de tempeſtivo & intempeſtivo ad navigandum mari. Utinam verò nemo expertus eſſet, quam tempore hyemis navigatio ſæpe periculoſa ſit, & ſemper incerta. *l. Civitas. 6. C. de officio Rectoris provinciæ.*

Εὖτ' ἂν Πληϊάδες σθένος ὄβριμον
Ὠρίωνος
Φεύγουσαι πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα
πόντον,
Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν
ἀῆται,
Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ
οἴνοπι πόντῳ,

Quan-

DE VICQ.

Quando Pleiades robur validum Orionis
Fugientes occiderint in obſcurum pontum,
Variorum ventorum ſtrident flamina,
Tunc ne amplius naves habe in nigro ponto.

Heſiodus ἔργων καὶ ἡμερῶν *lib* 2. *vers*. 617. & *ſeqq*.

ὁ δὲ πλόος οὐκέτι ὡραῖος
Ὥριος,

Navigatio enim non amplius remis tempeſtiva eſt. Aratus in φαινομένοις. *pag. m*. 208. Sed

Ἤματα πεντήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο,
Ἐς τέλος ἐλθόντος θέρεος καματώδεος ὥρης,
Ὡραῖος πέλεται θνητοῖς πλόος,

Dies quinquaginta poſt verſiones ſolis,
Ad finem progreſſa æſtate laborioſi temporis,
Tempeſtiva eſt mortalibus navigatio.

Heſiodus *d. lib. vers*. 661. & *ſeqq*. tunc enim

Solvitur acris hyems grata vice veris & Favoni,
Trahuntque ſiccas machinæ carinas.

Horatius *carminum lib*. 1. *od*. 4. Scilicet culpæ reus eſt, qui navem adverſo, vel quo non debuit tempore, navigatum miſit, ſi ea naufragio perempta eſt. *l. Utiq*. 16. §. *Culpa*. 1. *l. Qui petitorio*. 36. §. *Qui in rem*. 1. *ff. de rei vindicatione*. *l. Item quæritur*. 13. §. *Si navicularius*. 1. *ff. locati, conducti*. Gulielmus Budæus *ad d*. §. *Culpa*. 1. *pag. m*. 205. Petr. Greg. Tholoſanus *Syntagmatis lib*. 29. *cap* 10. *n*. 10. & *ſeqq*. Joh. Brunnemannus *ad l. Quotiens*. 3. *C. de naufragiis*. *lib*. 11. *tit*. 5. Navigationis autem opportunæ tempus ex Calendis Aprilis in diem Calendarum Octobris ſervabitur. *d. l. Quotiens*. 3. Reliquo ferè temporis ſpatio maria clauſa videbantur: nam & Gentium Apoſtolus D. Paulus navigationem diſſuaſit, διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι. *Actor*. XXVII. 9. quam lectionem à Caſtellione depravatam confirmat & Maximus Calliopolita hiſce verbis: διατὶ καὶ ἡ νηστεία

τότε

DE VICO.

πότε ἤ τον περασμένη, id eſt, *quod jam etiam jejunium præteriiſſet.* Jejunium intellige Judæorũ, quod expreſſit Syrus Interpres, feſtum ἐξιλασμῦ, *expiationis*, quo jubebat Dominus animas affligi, abſtinendo ab omni cibo & potu. *Levit.* XVI. 29. *& cap.* XXIII. 27. *Numeror.* XXIX. 7. Flavius Joſephus *antiquitatum Iudaicarum lib.* 3. *cap.* 10. *pag. m.* 78. Immanuel Tremellius, Franciſcus Junius *ad d. vers.* 29. Incidit autem hoc feſtum in ſeptimum menſem, quem Macedones Hyperberetæum vocant, Joſephus *d. l.* & qui aliqua ex parte noſtro Octobri reſpondet. Suidas *in verb.* Ὑπερβερεταῖος. Juris Græco-Romani *tom.* 1. *lib.* 1. *pag. m.* 13. Johannes Calvinus, Theodorus Beza *ad d. vers.* 9. Quid quod & Dido Æneam à navigandi propoſito revocare tentaverit hiſce verbis:

Quò fugis? obſtat hyems: hyemis mihi gratia proſit:
Aſpice ut adverſas concitet Eurus aquas.

Ovidius *Heroidarum epiſtol.* 7. & alibi:

Quin etiam hyberno moliris ſidere claſſem,
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.

Virgilius *Æneidos lib.* 4. *vers.* 309. *& seq.* Illis monitoribus qui obediunt, injuriam & damnum evitant: qui non credunt, haud rarò jacturam navis, merciumque, &, niſi fortè Paulus adſit, cui Deus vectores gratificetur, vitæ quoque ſuſtinent. *Actor.* *xxvij. vers.* 21. *& seqq. vers.* 41. Neque enim integro anno vis atque acerbitas maris patitur navigantes, ſed quidam menſes aptiſſimi, quidam dubii, reliqui claſſibus intractabiles ſunt lege naturæ. & quidem ex die tertio Iduum Novembris uſque in diem ſextum Iduum Martiarum maria clauduntur. nam lux minima, noxque prolixa, nubium denſitas, aëris obſcuritas, ventorum imbri, vel nivibus geminata ſævitia non ſolum claſſes a pelago, ſed etiam commeantes a terreſtri itinere deturbat. Flavius Vegetius *de re militari lib.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

lib.4.cap.39. vel, ſecundum diſtinctionem mei codicis, *lib. 5. cap. 9.* Lubecenſibus quidem quanti conſtiterit neglecta temporis opportunæ navigationis ratio, hiſtoria notabilis, etſi luctuoſa, docet, quam commemorare hoc loco, ſed verbis ipſius auctoris, id eſt, Alberti Krantzii *Wandaliæ lib. 12. cap. 40.* non pigebit. Periclitabatur eo tempore, inquit, navis oneraria, mercibus onuſta, in faucibus ſcopulorum Sueciæ & Phinniæ, quæ de Lubica Revaliam peteret: vectabat innumerum in mercibus theſaurum, ſed majorem in mercatoribus & filiis honeſtorum Lubicæ civium. Adoleſcentes, fœminæ, virgines, mercatores, nautæ, numero ducenti mortales, lachrymabiliter perierunt, magno ſuorum luctu. Inde conſtitutum eſt, (anno MCCCCLXXVIII.) ut poſt Martini feſta nulla navis in Livoniam ſolvat ex portu Lubicenſi. Nicolaus Henelius *Otii Vratiſlavienſis cap. 29. in fin.* Veneti a medio Novembri ad diem 20. Januarii mare tentantibus infligunt mulctam, navium magiſtris quidem quingentorum; exercitoribus verò, ſi iter capeſſere juſſerint, mille Ducatorum. *d. pag. 302.* & ſi nauta operas locaverit, æſtivo tempore præſtandas, uſque ad diem D. Martino dicatum, qui incidit in tertium ante Idus Novembris, diem ſcilicet undecimum illius menſis, obligatus tenetur. *Wiſbuyſche Zee-rechten art. 7.* Hugo de Groot *inleydinge tot de Hollandſche regtsgeleertheyt lib. 3. part. 20. n. 18.* Jus Lubecenſe *lib. 6. tit. 4. art. 4.* utcunque ſit, illa navigationis prohibitio urgente cauſa publica exceptionem habet. Etenim arctiore annona Claudius Cæſar nihil non excogitavit ad invehendos etiam in tempore hiberno commeatus. Suetonius Tranquillus *de xij. Cæſaribus lib. 5. cap. 18.* & cum proſperior flatus invitat, ſub prætextu hiemis, publicas ſpecies tranſportantes nullo in loco immorari permittuntur. *l. Judices. 8. C. de navicularis, &c. lib. 11. tit. 1.* Jacobus Cujacius, Petrus Peckius *n.4. ad d.l. Quotiens.*

DE VICQ.

tiens. Hodie verò totum annum ſub carinis mare nigreſcit. Aratus *d. tract. pag.* 213. nec ſævitia tempeſtatum concludit mare. Piratæ primum coëgere mortis periculo in mortem ruere, & hiberna experiri maria: nunc idem avaritia cogit. Plinius *naturalis Hiſtoriæ lib.* 2. *cap.* 47. Nam avara mens opum gratia vitam negligit, & pauper vivit, ut dives moriatur. In hoc puto ſtandum conſuetudini. Si enim fecit, quod diligens nauta feciſſet, non tenetur; alias ſecus. non enim ſervatur iſta lex in tempore, ut liquet in iſtis civitatibus maritimis. verba ſunt Bartoli a Saxoferrato *ad. d. l. Quotiens. n.* 7. Hodie in omnes ferè terrarum oras, & omni tempore, velis ventiſque ferimur: nihil tempeſtatum horretur, ne quid relinquatur intactum. Veneti omni tempore navigant, teſte Bartholomæo Cæpolla *de ſervitutibus ruſticorum prædiorum cap. de navi.* 111. *al.* 29. *n.* 6. ego etiam Anconæ eandem legem in tempore non ſervari affirmo, inquit Benevenutus Stracha *de nautis part.* 3. *n.* 1. nec modo memoratum Statutum Lubecæ hodie obſervatur. Jo. Marquardus *de jure mercatorum lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 14. Rein. Kuricke *ill. qu.* 2. *pag.* 37. nunquam clauduntur maria; fervent non minus hieme, quam æſtate. Audaces hic omnia perpeti Belgæ, & inter eos loci principis Batavi; quibus in hac difficultate nihil difficile, nihil fere contra infida incertaque maris arduum. ita elegantur Paulus Merula *in diſſertatione de maribus cap.* 1. *pag. m.* 112. 114. Arnoldus Vinnius *ad d. l. Quotiens. lit. e.* D. Cyprianus Regneri *ad l.* 6. Joh. Jacobus Wiſſenbach *C. de officio Rectoris Provinciæ.* Cæterum hibernæ tempeſtatis, quæ navigationi impedimento eſt, uſque adeo rationem habere judicem oportet, ut etiamſi rei nomine nemo appareat, cauſas abſentiæ allegaturus, jubeat tamen diem judicii eſſe diffiſum. *l. Non exigimus.* 2. §. *Si quis judicio.* 3. §. *Quod diximus.* 6. *ff. Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit.* id eſt, dilatum, prolatum. *l. Diem*

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

DE VICQ.

proferre. 27. *l. Arbiter.* 33. *ff. de receptis, qui arbitrium receperunt, &c.* τὸ γὰρ δικαστήριον ὑπερτίθεται, *judicium enim differtur.* Baſilicῶν *lib.* 7. *tit.* 16. *cap.* 2. §. 2. A. Gellius *noctium Atticarum lib.* 14. *cap.* 2. Jacobus Cujacius *obſervationum lib.* 3. *cap.* 40. *lib.* 12. *cap.* 18. Antonius Auguſtus *de legibus & Senatuſconſultis. p. m.* 188. Dionyſius Gothofredus, Petrus Broſſæus *ad d.* §. 3. adde Paulum de Caſtro *n.* 2. *& ſeq.* Jaſonem Maynum *n.* 10. Ludovicum Romanum *n.* 16. *& ſeq. ad d. l.* §. 3. Paulum Merulam *praxeos civilis lib.* 4. *tit.* 34. *cap.* 3. *n.* 4. Qua ratione meritò placuit, ne ex Kalendis Novembris uſque ad Kalendas Februarii ulla Zelandis noceat contumaciæ ſpecies, qua aut reus defectus diceretur, aut defenſione litigantium alter excluſus videri poſſet. *geene defaulten mogen gegeeven, ofte verſteecken gedecreteert worden.* Tractatus inter Ordines Hollandiæ & Ordinum Zelandiæ Deputatos, ſubnexus Inſtructioni ſupremæ Curiæ, *art.* 4. *pag. m.* 83. P. Merula *d. cap.* 3. *n.* 5. *& lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 2. *n.* 3. Cornelius Neoſtadius *Supremæ Curiæ decis.* 16. Willem van Alphen *Papegaey. pag. m.* 27. *editionis noviſſimæ. ann.* 1668. *pag.* 28.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 G 3